De fingētib⁹ nouam hereſim vel iam dānatā ſequētib⁹. 4. q. i. c. i. 7. z. extra de here. c. ad abolēdā. 7 nūc ē caſus papalis p extrauagētē Martini qnti ut patet in ꝓceſſu ipſius ānuali.

De ſciſmaticis 7 pcipue q̄ ſequētib⁹ ſciſma Petri de luna: 7 ſucceſſoꝝ ei⁹ 7 fautorū ipſius ſciſmatis ē papalis abſolutio p ꝓceſſum curie.

De credētib⁹ receptatorib⁹ defenſorib⁹ 7 fautorib⁹ hereticoꝝ ē papalis abſolutio: 7 quō intelligāſ iſta noia vide in ſūma. ti. de excoicatiōib⁹. i. 4. pte ſumme.

De cōmittētibus ſymoniam ſiue pro

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ordinibus ſiue ꝑ bñficijs vel officijs
vel ꝑlaturis eccłiaſticiſ. vel ꝑ igreſſu
in religionem: vel pro alijs ſpūalibus
eſt abſolutio papalis ꝑ extrauagātez
Martini qnti: vide de hac i.2.parte
ſūme.ti.de ſymonia.

De facientib⁹ pactū vel ꝓmiſſionem
vel recipiētib⁹ ex pacto vel ꝓmiſſiōe
occulta vel manifeſta aliqd etiā puū
pro aliqua iuſticia vel gratia ꝓ alio
vel ꝓ ſe in cauſis iudicialib⁹: ſeu pro
litteris obtinēdiſ ab apoſtolica ſede
eſt papalis abſolutio ꝑ extrauagātē
Bonifacij octaui.

De ſcienter vtentib⁹ talibus gratijs
vł litteris ſic obtētis ē abſolutio pa
palis ꝑ extrauagātē Bonifacij.

De piratis ⁊ qbuſcūqꝫ alios in mari
depdātibus eſt papalis abſolutio ꝑ
ꝓceſſum curie.

De impedientib⁹ depdantib⁹ vel inua
dentib⁹ adducētes victualia ſeu alia
ad vſum romane curie neceſſaria: vł
ne talia deferāt. aut adducāt ad cu
riā. ⁊ de defendētib⁹ talia faciētes ē
abſolutio papalis ꝑ ꝓceſſū curie.

De capiētib⁹ detinētib⁹ depdātibus
romipetas ⁊ pegrinoſ ad vrbē romā
accedētes: tā cā deuotiōis ꝙ̄ pegrina
tiōis: ⁊ ſimiliter in ea morantes ⁊ rece
dentes ab ipa ē abſolutio papalis ꝑ
ꝓceſſum ānualē qui fit in curia. Et ſi
militer de dātibus cōſiliū ⁊ fauorem
ad talia ſupradicta faciēdū ē papaliſ
abſolutio ꝑ ꝓceſſum.

De portantibus arma equos et alia
neceſſaria ad ipugnādū xpianos vel
trāſmittētib⁹ ſeu galeas ⁊ naues ven
dētibus: vel in piraticis ſaracenorum
gubernatiōem exercētib⁹ vł dātibus
auxiliū conſiliū ⁊ fauorē in diſpēdiū
terre ſancte: extra d iudeis.c. ad libe
rādā ⁊ ē caſus papalis ꝑ extrauagā
tē Clemētis ⁊ ꝑ ꝓceſſū curie.

De portātib⁹ etiam victualia ⁊ alia
quecūqꝫ mercimonia in Alexādriam
vł i alia loca ſaracenoꝝ: terre egypti
vel mittētib⁹ ipa vel de ſuis portub⁹
ut eis deferāt extrahētib⁹ vel extri
ꝑmittētib⁹: aut dātib⁹ auxiliū ⁊ fauo
rē ⁊ ē papalis ꝑ ꝓceſſū curie.

De portatibus pdicta vel aliquo mō
pdictoꝝ. ⁊ ad hoc opantibus ad oēs
terras ſoldano ſbiectas ē papalis ab
ſolutio ꝑ extuagātē Clemētiſ.

De eūtibus ad terrā ſanctā etiam cā
deuotiōis ſeu voti: ſine licentia ſedis
apoſtolice: ⁊ ē abſolutio papalis ꝓut
reperi in libro pniarie ſūmi pniarij: q
⁊ ipſe hoc poteſt.

De inſecutorib⁹ cardinaliū hoſtiliter
⁊ ē excoicatio papalis. ꝑ.c. felicis. de
penis.li.6.

De bānientib⁹ epos: vel capientib⁹ ⁊
inſecutorib⁹: vel hoc fieri mādātib⁹:
aut facta ab alijſ rata habētib⁹: vł in
his dātibus conſilium ⁊ fauorem: vel
ſciēter tales defendētib⁹ eſt papalis
abſolutio ꝑ.c. ſi qs de penis. in cle.

De exēterātib⁹ vł fruſtra cōcidētib⁹
ſeu decoquere vel icidere: aut oſſa d
carnib⁹ euellere ꝓſumētib⁹ cuiuſcūqꝫ
defūcti: ut eius oſſa ad ptes alias de
ferāt ē papalis abſolutio ꝑ extuagan
tē Bonifacij.

De occupātibus vel detinētibus vel
hoſtiliter diſcurrētibus per ſe: vel ꝑ
aliū directe vel indirecte ſb quocūqꝫ
ti⁹. vel colore ciuitates t̄ras loca vel
iura ad romanā eccleſiā ꝑtinentia: ⁊

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

adherentib⁹ fautorib⁹ ac defenſorib⁹
coꝝ eſt abſolutio papalis per ꝓceſſū
curie.

De his q occaſione ſnie excoicatiōis
ſuſpēſiōis vel interdicti late dāt licē
tiā eos grauādi q eā tulerūt: vł ſuos
in ꝑſonis reb⁹ vel bonis illoꝝ quoꝝ
occaſione late ſūt: vel q eas obſeruāt
vel qui taliter excoicatis coicare vo
lūt niſi licētiā ipſam integre reuocēt.

Similiter qui dicta licētia vſi fuerit
vel etiam ſine licētia hoc fecerint ſuo
motu excoicationē icurrūt: in qua ſi
ꝑmāſerint ꝑ duos menſes ē papalis
abſolutio. vide de hac in. c. de dñis. i
z. parte.

De his qui cogūt aliquem celebrare
in loco interdicto: vel ad audiēdum
cōuocant excoicatos vel interdictos
vel ꝓhibent interdictos: vel ꝓhibēt
eis ne moniti exeant: ⁊ de his q mo-
niti nō exeūt. cle. grauis. de ſententia
excoi.

De his qui imponunt in terris ſuis
noua pedagia. ⁊ eſt excoicatio papa
lis ꝑ ꝓceſſum curie.

De laycis recipientib⁹ in romana cu
ria litteras dñi pape de manu alicui⁹
niſi de manu dñi pape vel bullatoꝝ:
vel nūcij recipiētis de māu ꝑdcoꝝ.

Excoicatiōes papales cōcernētes re
ligioſos religioſaſqꝫ.

De clericis ⁊ religioſis indu-
cētibus ad vouēdū iurāduꝫ
vel ꝓmittendū de eligendo
apud eos ſepulturā vel ut eā vlteri⁹
nō mutēt iā electā excoicatio eſt pa-
palis: ꝑ cle. cupiētes. de pe.

De religioſis qui abſqꝫ ſpāli licentia
ꝓꝓrij ſacerdotꝭ ſollēnizarēt mrimōia
aut miniſtrarēt ſacmentū euchariſtie
vel extreme vnctionis. cle. i. de ꝑuile.
eſt excoicatio papalis.

De religioſis q excoicatos a canone
abſoluūt a caſib⁹ nō cōceſſis: aut qui
abſoluūt a ſentētijſ ꝑ ſtatuta ſynoda
lia: vel ꝓuintialia ꝓmulgata: aut ab-
ſoluūt a pena ⁊ a culpa eſt excoicatō
papalis. ꝑ cle. i. de ꝑui.

De inquiſitoribus hereticoꝝ q odio
gratia vel lucro ⁊ amore ꝯtra iuſtici
am ⁊ ꝯſciam omiſerint ꝯtra quēpiaꝫ
ꝓcedē: vel ipſam hereſim alienis ipo
nerēt: aut iponerēt q̄ ipedirēt officiū
ſuū eſt excoicatio papalis ꝑ cle. mul-
toꝝ. de here.

De medicatib⁹ ꝓfeſſis: qui tranſeunt
ad aliquam religionē monachalē ex-
cepto ordine cartuſiēſiū ⁊ recipiētib⁹
tales ſcienter ē excoicatio papalis ꝑ
cōſtōnē Martini factam ꝯſtātie.

De clericis ſcient ⁊ ſponte coicātib⁹
excoicatis a papa in diuinis ē excoi-
catio papalis ſm Hoſti. Iſta excoica
tio tamē habꝫ dubiū. extra de ſen. ex.
c. ſignificauit.

De ꝑticipātibus in crimine ꝓpter qḋ
aliqs ē excoicat⁹ aliqua ꝑdictaꝝ ex-
coicationū eſt excoicatio papaliſ ꝑ. c.
ſi cōcubine. ex̄ de ſen. exco.

De his q abſoluūt ab aliq̄ ꝑdictaruꝫ
excoicationū citra ſedē apłicā: ꝑter
q̄ in articulo mortis q talit abſoluti
ſi nō ſe repñtēt q̄citius pñt ei a q̄ pñt
abſolui: vel mittāt ꝓ abſolutiōe rein
cidūt in eādē. ſ. papalē excoicatiōem
ꝑ. c. eos. de ſen. ex. li. 6.

Excoicatiōes epiſ ex iure reſeruate.

De vberātib⁹ clericos religio
ſos vel moniales: ſeu talibus

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

manus violẽtas inijciẽtib⁹ ſeu teme
rarias ē epal' excoicatio ſi fiat leuis
iiuria talib⁹ per.c.peruenit.extra de
ſen.exco.

De his q̄ inituntur ordinatiõib⁹:ſeu
alienatiõib⁹a ſciſmaticis factis ē epa
lis.p.c.i.ex̄ de ſciſma.

De his q̄ vſurpãt de nouo vacãtiuʒ
eccl'iaꝝ monaſterioꝝ vel alioꝝ pioꝝ
locoꝝ cuſtodiã:ſeu guardiã titulum
aduocatiõis ſeu defenſiõis: que ꝓprie
ſunt nomina patronatus:vel ipſoruʒ
locoꝝ vacãtium bona occupãt:vel re
galia.i.collectã que fit rõne regis vł
impatoꝝ ſeu tributũ regi debituʒ: ut
.c.gñali.de elec.li.6.

De clericis vel monacis ipſoꝝ locoꝝ
vacãtiũ q̄ hoc fieri ꝓcurãt:ꝛ hec ex/
coicatio cũ pori hr̄:excoicatio ē epa/
lis p.c.gñali.de elec.in 6°.

De his q̄ ab eccleſijs vel ꝑſonis eccle
ſiaſticis p̄ ſe vel p̄ aliũ ſuo noĩe vł ali
eno ꝓ ꝑſonis vel rebus q̄s non cã ne
gociatiõis deferũt vel deferri faciũt
ſeu trãſmittũt exigũt aliq̄d pedagiũ
vel guidagiuʒ eſt excoicatio epalis.
p.c.quãq̄ de cẽſi.li.6.

De his q̄ fecerint ſtatuta cõtra liber
tateʒ eccleſie.ꝛ q̄ ſcripſerint ea: ꝛ qui
ſũt ptãtes cõſules rectores ꝛ cõſilia/
rij locoꝝ vbi dicta ſtatuta:ſeu etiam
cõſuetudines edite ſunt:vel ſeruate
ꝛ q̄ ſeruare ea fecerint: ꝛ ſm̄ ea iudi
cauerint:vel qui i publicam formam
redegerit iudicata ē excoicatio epa
lis.p.c.nouerit de ſen.exco.

De rectorib⁹ ciuitatũ faciẽtib⁹ exacti
ones indebitas clericis religioſis vel
eccleſijs eoꝝ:ſi poſtq̄ fuerit moniti:
nõ deſiſtãt eſt epalis excoicatio.p.c.
nõ minus:ex̄ de imu.eccle.ꝛ.c.aduer
ſus conſules.

De his qui abſolutionẽ ab aliqua ex
coicatiõe:vel reuocationẽ ei⁹ ſuſpẽſi
onis vel interdicti extorquent p̄ vim
vel per metum: neq̄ valet abſolutio:
ſ incurrũt nouã excoicationẽ eſt epa
lis excoicatio.p.c.i.de his que vi me
tus ve cã fiunt.libro 6°.

De his q̄ p aſſaſſinos.i. quoſdaʒ infi
deles qui ex falſis ſuis opinionibus
de facili mittebãt ad occidẽdũ xp̄ia/
nos:ꝛ qui interfici fecerint:vel mãda
uerint aliquẽ chriſtianũ:etiã ſi mors
nõ fuerit ſbſecuta.ꝛ de receptatorib⁹
ꝛ defenſorib⁹ ꝛ occultatorib⁹ eoꝝ eſt
excoicatio epalis. per.c. ꝓ humani.
de homici.li.6.

De ptãtib⁹ capitaneis rectorib⁹ con
ſulib⁹ iudicib⁹ cõſiliarijs: ꝛ alijs offi
cialib⁹ qui ſtatuta faciũt ſcribũt:vel
dictant:per que quis cõpellaꝉ ſoluẽ
vſuras vel ſolutas nõ repetẽ ē epał
excoicatio cle.ex graui.de vſuris.

De his qui occaſiõe ſnie excoicatõis
vł interdicti late dãt licẽtiã grauãdi
illos qui tulerũt eas vel ſuos in ꝑſo/
nis vł reb⁹:hic tamẽ caſus eſt epiſco
palis vſq̄ ad duos menſes ab incur/
ſiõe ſnie:abinde võ eſt papalis excoi/
catio.p.c.q̄cũq̄.de ſen.exco.li.6.

De his q̄ iudicãt ſtatuta edita in fa
uorem vſurarioꝝ:ꝛ qui habẽt ſuper
hoc ptãtẽ:niſi ſtatuta ipa deleuerint
aut ſi ea ꝑmiſerint obſeruari. Unde
illi qui faciunt capitula cũ iudeis: ut
dñi ꝛ coitates ꝛ ꝯtinẽtia q̄ poſſint fe
nerari:ꝛ q̄ nõ poſſint repeti i iudicio
vſure extorte ab eis:ꝛ h⁹mõi videnꝉ
incidere in hanc excoicatõeʒ: ꝛ dñi q̄

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ea faciunt. ⁊ ciues qui cōſulūt. cle. ex
graui. de vſuri.

De his q̄ concedūt repreſalias cōtra
pſonas eccleſiaſticas ſpāliter aut ge
neraliter. ē epālis excōicatio p. c. ſi pi
gnoratiōes. de iiuri. ⁊ dam. da. li. 6.

De rectorib⁹ ſecularib⁹ vel q̄buſcūq;
officialibus eoꝝ qui cognoſcerent de
crimine hereſis aut captos liberarēt
vel dyoceſanoꝝ vel inq̄ſitoꝝ officiū
impedirēt eſt epālis p. c. ut inq̄ſitiōis
de here. li. 6.

De his qui ſcienter contrahūt matri
monia in caſibus non conceſſis ⁊ ꝓhi
bitis conſanguinitatis ⁊ affinitatis: ⁊
de ꝯtrahētib⁹ cū monialib⁹ ē epalis.
ut cle. eos. de cōſan. ⁊ affi.

De dn̄is tpalib⁹ q̄ ſbditis interdicūt:
ne p̄latis vl' pſonis eccleſiaſticis q̄cq̄
vēdant vel emāt ab eis bladum mo
lāt panem coquāt ⁊ h⁹mōi obſequia
exhibē p̄ſumāt ē epālis excōicatio. p
. c. eos. de imu. eccle. li. 6.

De his q̄ impediūt: q̄n corā iudicibus
eccleſiaſticis vl' legati. vel ordinariis
in caſibus qui ad eos pertinent illi q̄
cōquerūtur iuſticiā poſſint obtinere
excōicatio ē epālis. p. c. quoniam. de
imu. eccle. li. 6.

De his q̄ cōpellūt impatores lrarum
apoſtolicarū: vl' alios recurrētes ad
foꝝ eccleſiaſticum in cauſis que de iu
re vel antiqua conſuetudine ad ipſū
ptinēt: vel ad deſiſtēdū vel litigādū
de eis in foro ſuo ſeculari; grauando
iudices eccleſiaſticos: vel imperātes
ſeu litigātes: ſeu volētes coram eis li
tigare: vel q̄uādo ꝓpinquos eoꝝ: vel
capiētes res vel eccleſias talium: vel
quocūq; alio modo. dicto. c. quoniā

eſt epālis: ⁊ ſimiliter de dātib⁹ conſiliū
⁊ fauorē ⁊ auxiliū ad oīa p̄dicta in
duob⁹. §. p̄cedētibus.

De his q̄ p̄latos capitula ſeu alias p
ſonas eccleſiaſticas cōpellūt ad ſub
mittēdū laycis: vel ad alienādū bōa
imobilia ſeu iura eccleſiarū: ⁊ ſimilit̄
layci qui vſurpāt ſibi illicite h⁹mōi. ⁊
ſi nō deſtiterint poſtq̄ fuerint admo
niti eſt epālis excōicatio. p. c. hoc con
ſultiſſimo. de re. ec. nō alie. li. 6.

De his q̄ fingūt fraudulēter aliquem
caſum: p quē aliquis iudex mittat ad
aliquā mulierē ꝓ teſtimonio ē excōi
catio epālis. p. c. mulieres. de iu. li. 6.

De his q̄ vocāt ad dirigēdas moni
ales i electiōib⁹: niſi abſtineāt ab his
p q̄ poſſit diſcordia nutriri ē excoica
tio epiſcopalis. per. c. indēnitatib⁹ de
elec. li. 6.

De his q̄ grauāt clericos vel alias p
ſonas eccl'iaſticas ad q̄s ſpectat aliq̄
electio ꝓ eo q̄ rogati ſeu al's iducti:
eū pro quo rogabant ſeu inducebant
noluerūt eligē: vel ꝯſanguineos eorū
aut ip̄as eccleſias: ſeu loca bn̄ficiī: ſeu
aliis bonis ſpoliādo: ſeu alias iiuſte
pſequēdo. c. ſciāt cūcti. de elec. ⁊ ē epa
lis excōicatio.

De his q̄ loquūt ſecrete: vel mittunt
ſcripturas vel nūciū alicui cardinali:
q̄n ſūt recluſi occaſiōe electiōis pape
eſt epālis excōicatio. p. c. vbi piculū.
de elec. li. 6. ⁊ de dn̄is ⁊ rectoribus ⁊
officialib⁹ q̄ imīnēte dicta electiōe nō
ſeruant ipſam conſtitutionem. per. c.
vbi periculum.

De his q̄ p̄curāt q̄ ꝯſeruatores dati
ſe intromittant de his que non licent
ideſt de aliis q̄ de manifeſtis iiuriis

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ꝛ violētijs eſt excoīcatio epiſcopalis p.c.ſtatuimus.de offi.dele.li.6.

De dnis rectoꝛibus ad regimen vrbis rome ꝛ electis:ꝛ fautoꝛibus qui fecerint contra conſtitutionem ſuper hoc factam eſt epiſcopaliſ excoicatio per.c.fūdamenta.de elec.

De electis magiſtris doctoꝛibus vel ſcholarib⁹ tractantib⁹ cū aliquo ciue Bononienſi de cōducēdo hoſpitiū ir reqſitis inglinis niſi tēpus cōductionis fuerit elapſū ē epāliſ excoicatio p.c.ex reſcripto.ex̄ de locato.

De doctoꝛib⁹ ſeu magiſtris q ſciēter illos religioſoſ qui dimiſerūt habitū docēt litteras:ſcꝫ legē vel phyſicam eſt excoīcatio epalis.p.c. ut periculo ſa.ne cle.vel mo.li.6.

De dnis vel rectoꝛib⁹ tēpoꝛalibus q nō fecerit obſeruari ea que ſtatuunt cōtra inſecutoꝛeſ cardinaliū:ſeu alic⁹ de familia eoꝝ vel pape ē excoīcatio epiſcopalis p.c.felicis.de pe.li.6.

De his q impediunt viſitatoꝛes monialium vel canonicarū:ſi moniti nō deſiſtāt ē epiſcopalis excōicatio per cle.attēdētes.de ſtatu mo.

De impugnantib⁹ litteras pape ante coꝛonatiōeꝫ ei⁹.ꝛ eſt bn̄dicti pape.ii.

De quibuſdā mulierib⁹ que beghine dicūt:ꝛ de religioſis fauētib⁹ eas in illo ſtatu:ꝛ erant iſte certum habituꝫ aſſumētes nulli obediētiam ꝓmittentes nec renūciantes ꝓprijs:nec regulā hn̄tes:licꝫ qbuſdā religioſis ſpāliter inhereāt.de here.c. ad noſtram. Nec intelligūt ſub noīe ille que etiam bighine vel veſtite dicūt de penitētia beati Dn̄ici.nr pꝫ in declaratiōe Johannis.22.ꝛ idē dr̄ de tertio oꝛdine beati Franciſci:imo ex illa cle. videt̄ dici beghine ille excoīcate que habēt illos erroꝛes ibi poſitoſ qui cū ſapiāt hereſim ē hodie foꝛte caſus papalis ꝛ eſt contra tales beghinas.

De his qui abſoluti ab excoitatiōe i articulo moꝛtis:vel ꝓpter aliud impedimentum non repreſentant ſe q̄ci tius cōmode poſſunt ei a quo debebant abſolui:qꝛ reincidunt in eandeꝫ de ſen.exco.c.eos.

De ꝑticipatib⁹cū excoīcato i crimie: ꝓpter qd ē excoīcat⁹ dādo ei cōſiliuꝫ ꝛ fauoꝛē.c.ſi ꝯcubine.de ſen.exco.

De his q abſoluūt a ſede apoſtolica vel legatis⁹ꝛ iiungit̄ eis q ſe repſentēt oꝛdinarijſ vl̄ al̄s ſuſcepturi pniaꝫ ꝛ paſſis iiuriā:ſeu al̄s obligati eis q bus ſciēter ſatiſſaciant ſi hoc nō faciunt cū ꝓmū cōmode poterūt: qꝛ reincidūt in eādem ſniam.d.c.eos.

De his q cōtumaciter aſſerūt romanā eccleſiā nō eſſe caput omniū eccleſiarum nec ei tanq̄ capiti eſſe obediēdum.di.19.c.nulli fas.

De his qui ſepeliūt coꝛpoꝛa i cimiterijs tempoꝛe interdicti in caſib⁹ non ꝯceſſis a iure cle.eos.de ſepul.

De his q excoicatos publice:aut nominatim int̄dictos vl̄ vſurarios manifeſtoſ ſcienter ſepeliūt in cimiterijs dicta cle.eos.

De clericis q manifeſtis vſurarijs ad exercendum fenus domos locāt:vel alio titulo cōcedūt ē excoīcatio epalis.p.c.vſuraꝝ.de vſur.

De eo q nō eſt electus a duabus partibus cardinaliū.ꝛ ſe gerit ꝓ papa.c.licet.de elect.

De monacis ꝛ canonicis regularib⁹

archidia ōis decanis ꝑpoſitis pleba
nis cātoꝛib⁹ ⁊ aliȷs clericis ꝑſonatuꝫ
hñtib⁹: aut etiā qbuſcūq; p̄ſb̄ris qui
audiunt leges vel phyſicā: eſt epiſco
palis excoīcatio per. c. non magno pe
ne cleri. vel mo.

De religioſis qui temerarie vbicūq;
habitum ſue religiōis dimittūt excoī
catio eſt epiſcopalis. per. c. ut pericu
loſa. ne cle. vel mo. li. 6.

De religioſis qui accedūt ad ſtudia:
niſi a ſuo prelato cum conſilio maio
ris partis cōuentus licentia ſibi ſit cō
ceſſa. d. c. ut ꝑiculoſa. li. 6.

De religioſis qui decimas debitas ec
cleſiȷs ſibi appropriāt vl' vſurpāt: ſiue
q non ꝑmittūt ſolui eccleſiȷs decimas
de animalibus familiarū ⁊ paſtoꝛum
ſuoꝝ vl' alioꝝ imiſcētiū ipa animalia
gregibus eoꝝ tales ſi nō hñt admini
ſtratiōes ⁊ bñficia ſūt excoīcati ſi hñt
ſūt ſuſpēſi: niſi regſiti deſtiterit infra
menſem. cle. religioſi. de deci. Et ē epi
ſcopalis excoīcatio.

De monachis ⁊ canonicis regularib⁹
nō habētib⁹ aliquā admiſtrationem
q ſe cōferunt ad curias ꝑncipum ſine
licentia ſuoꝝ p̄latoꝛū: ut dānū aliqd
inferāt ſuis p̄latis aut monaſteriȷs ⁊
qui ſine licētia arma tenēt īfra ſepta
monaſteriȷ ē ep̄alis excoīcatio. p cle.
ne in agro. de ſta. mo.

De religioſis vel monialib⁹ ꝓfeſſis ⁊
clericis in ſacris oꝛdinib⁹ ꝯſtitutis: q
ꝯtrahūt matrimoniū de facto eſt ex
coīcatio ep̄al'. cle. eos. de ꝯſan. ⁊ affi.

De inqſitoꝛib⁹ hereticoꝝ: q pretextu
officiȷ inqſitōis qbuſuis modis illici
te pecuniā extoꝛquēt vl' ſciēter bona
eccleſiarū ob delicta clericoꝛum fiſco
eccleſie applicāt nec poſſunt abſolui
niſi qbus extoꝛſerit plene ſatiſfecerit
de pecunia eſt ep̄alis extoīcatio. cle.
nolentes. de here.

De religioſis q nō ſeruāt interdictū
qd ꝑfuat ſancta mr̄ eccl'ia romana ut
cle. ex frequētib⁹. de ſen. exco.

De religioſis q cōfitētib⁹ ſibi non fa
ciūt cōſciētiā ſciēter de decimis ſol/
uēdis: tales ab officio ꝑdicatiōis ſūt
ſuſpenſi: donec cōmode poſſint faciāt
eis cōſcientiā: ⁊ ſi interim predicant:
ſūt excoīcati ep̄ali excoīcatiōe. ⁊ ſilr̄
de religioſis qui dicūt aliqua vbaꝫ ut
retrahāt audiētes a ſolutiōe deciaꝝ
ē ep̄al' excoīcatio p cle. cupiētes. d pe.

De religioſis mēdicātib⁹ qui domos
ad habitādū vel loca d nouo recipe
rent: aut de nouo recepta mutarent:
vel alienarent. c. i. de exceſſ. pla. i cle.

De fratrib⁹ minoꝛib⁹ q tpe interdicti
recipiūt ad diuina fratres vl' ſoꝛoꝛes
de tertio oꝛdine ſancti frācīſci ē epi/
ſcopalis excoīcatio. c. cū ex eo. de ſen
ten. exco. in clementinis.

Ingrediētes mōaſteria monialiū oꝛ/
dinis ꝑdicatoꝝ ex̄ caſus neceſſarios
qui declarāt in ꝯſtitutōib⁹ ſuis: puta
ad dandū ſacramēta infirmis ad me
dendū eis: ad reparandum edificia: ⁊
h⁹ mōi: nō habita licentia a papa vel
a magiſtro oꝛdinis ſūt excoīcati: nec
pn̄t abſolui: niſi a papa vl' a magiſtro
oꝛdinis: vel ab alio cui fuerit cōceſſa
talis abſolutio ut pꝫ in bulla ipſi⁹ oꝛ
dinis cui⁹ bulle trāſūptum vidi ego.

Ingrediētes monaſteria monialium
oꝛdinis minoꝝū ex̄ caſus neceſſarios
cōceſſos in cōſtōibus ſuis ſine licētia
pape vel miſtri oꝛdinis excoicatōem

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

dyoceſanis reſeruatam icurrũt: ꝓut
audiui a qbuſdam fide dignis.
Nota ꝙ ab excoicationib⁹ q̃ fiunt ab
homine ſiue a iudice regulariter non
põt quis abſolui niſi a ſuo excoicato
re vel ab hñte plenariam iuriſdictio
nẽ ſup eũ: vel a ſupiori ſuo: niſi in ar
ticulo mortis.
Itẽ nota ꝙ fratres pdicatores ꝛ vo
lentes ingredi eoꝝ religionẽ poſſunt
abſolui a prelatis ipſi⁹ ordinis a ſen
tẽtijs excoicatiõis ſuſpẽſiõis ꝛ interdi
cti: latis ab hoie vel a iure: ſaltem ab
illis quoꝝ abſolutio reſeruatur epo.
De materia omnium ſupradictarum
excoicationũ: tam pontifici ſũmo: ꝙ
epis vniuſcuiuſq; dioceſis: tã a iure:
ꝙ ꝑ extrauagantes ꝛ ꝓceſſus curie.
Uide pleni⁹ ꝛ clari⁹ ac diffuſi⁹ ſi vis
vidẽ i titulo de cẽſuris eccleſiaſticis.
in quarta pte mee ſũme: ſiue cõpilate
ꝑ me fratrem Antoninũ archiepũm
florentinum. Et ſic eſt finis omniũ ca
ſuum tam ſummo pontifici ꝙ epis re
ſeruatorum.

Primo notandum eſt ꝙ ſunt
due ſpẽs excoicatiõis. ſcilicꝫ
maioris ꝛ mioris. Excoica
tio maior ſemp ẽ peccatũ mortale: ꝛ
talis pmo eſt ſepat⁹ a deo: ꝛ nõ põt
coicare ꝓ aliqua vtilitate anime ſue:
Secundo eſt ſepat⁹ a ſancta eccl'ia. i.
a coione ꝛ pticipatõe fideliũ: exceptl
his caſib⁹ qui ſupra ſpecificati ſunt.
Et ſunt qnq; in qbus ipſe excoicatus
non poteſt pticipare: q continẽtur in
hoc verſu.
Si ꝑ delictis anathema qs efficiatur
Os orare vale cõmunio mẽſa negatur

Qui ſic intelliguntur. Os. i. locutio.
Orare. i. oratio cum alijs in eccliſia.
Coio. i. coicatio ſacramentorũ. Uale
. i. ſalutatio. Menſa. i. cibus ꝛ potus
Excoicatio vo minor aliqñ ẽ morta
le peccatũ: aliqñ veniale: ſed anteqꝫ
dicatur quãdo ſit mortale vel veniale
Noto ꝑus ꝙ nouẽ modis homo põt
incurrere excoicatiõem minorem.
Primo qñ qs pticipat cũ excoicato
excoicatiõe maiori aliq̃ illoꝝ modoꝝ
ſuperius dictoꝝ. Secundo qñ quis
cõmittit ſacrilegiũ: ſicut q furatur in
eccleſia: vel in ea illicitum quid facit.
Tertio qñ qs ẽ publicus cõcubina
rius vel fornicator. Quarto quãdo
quis acceptat aliquã eccleſiã a layco
ꝛ illam ſic tenet: ut. 26. q. 2. c. ſi quis.
Quinto quãdo quis ẽ ſymoniacus
qui eſt etiam excoicatus excoicatiõe
maiori. Sexto ſm quoſdã quando
in bello iiuſto ɔtra chriſtianos exer
cet quis artem baliſtaꝝ aut ſagittaꝝ
Septimo oppſſores iopũ ꝛ paupũ
publici predões: publici vſurarij: me
retrices q omnes largo mõ loquẽdo
poſſũt dici excoicati ꝓ ꝙto taliũ ob
latiões nõ debent admitti ad altare
ſanctũ dñi. Octauo illorũ qb⁹ dene
gatur eccl'iaſtica ſepultura: ſicut ſũt illi q
moriũtur i torneamẽtis. q dato ꝙ peni
tẽtes moriantur nõ ponũtur i cimiterio.
ſilr̃ etiã dr̃ de illis q nõ coicant ſemel
in anno ſine neceſſitate ꝛ cã: ut. c. oĩs
de pe. ꝛ re. Nono omnes publici pec
catores. Omnes autẽ caſus ſupradi
ctos ponit Inno. Ray. ꝛ Hoſtieñ. et
in qlibet pdictoꝝ caſuũ põt abſoluẽ
ſimplex ſacerdos ꝛ epus. pterꝙ forte
in ſymonia ꝛ excoicatione maiori.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Jn pmo ergo casu.sc3 in pticipatione cũ excoĩcatis maiori excoĩcatiõe põt homo peccare mortaliter ⁊ venialit Mortaliter triplicit. Primo quãdo pticipat in eodẽ crimie pter qð ipe est excoĩcatus dãdo cõsiliũ auxiliũ ⁊ fauorem:rõe cuius peccatũ cõmittit Secũdo quãdo pticipat cũ excoica-to in aliq̃ alio crimie mortali ab illo pter qð ipe est excoĩcatus Sz i primo casu nota ꝙ pticipãs cũ excoĩca-to i eodẽ crimie ut dictum ẽ icurrit excoĩcationẽ maiorem:sed in secũdo modo cadit tãtũ i minori excoĩcatõe etiã si mortaliter peccat Tertio qui coĩcaret cũ excoĩcato maiori excoĩcatione i sacramẽtis puta accipe corpꝰ christi cum eo: vel sacros ordines incurrit excoĩcationẽ miorẽ: peccat tñ mortaliter. Jn alijs aũt casibꝰ supra-dictis non peccat qs pticipãdo cum excoĩcatis:nisi p quãto aliqs in cõtẽptũ pcepti ⁊ phibitiõis facte audact cum excoĩcato:⁊ ad libitũ cõuersaretur:aut in salutãdo:aut i loquẽdo sine necitate:aut i morãdo vel coĩcando Sz nota ꝙ sacerdos recipiẽs aliquẽ excoĩcatũ maiori excoĩcatiõe ad officium ecclie:aut ad sacramẽta:aut ad eccliasticã sepulturã:nõ solũ mortalit peccat:ꝫ sbito ẽ suspẽsus ab ad-mistratiõe:⁊ sibi ẽ interdictꝰ introitꝰ ecclesie quousq; sit absolutꝰ: ⁊ efficit quasi irregularis.⁊ si talit interdictꝰ moriat nõ deb3 poni i cimiterio nec debet pter timorẽ sacerdos desistẽ qn talem excoĩcatũ expellat de ecclia quia nõ excusat rõne timoris:nisi talis eẽt timor q posset cadere i cõstãtẽ virum:tũc.n.ſm quosdam excusatur ab interdicto. Hostieñ.autem dicit ꝙ beatꝰ erit talis sacerdos si se pparet ad martyrium. Nota igit quomodo habuisti ꝙ i nouem casibus hõ cadit in excoĩcationem minorem: rõne cuiꝰ sepatus ẽ ab effectu sacramentorũ:⁊ q̃tum ad deum. Nã peccatũ mortale animã separat a deo:⁊ excoĩcatꝰ quõcũq; est in peccato mortali:pterq̃ pticipando cũ excoĩcato maiori excoĩcatiõe in loquendo salutãdo orãdo: coĩcãdo ⁊ comedẽdo in qbꝰ casibus ſm Tho.homo nõ peccat mortaliter nisi ppt cõtẽptũ dato ꝙ excoĩcatiõe3 icurrat:⁊ ideo qui ẽ in peccato mortali.quocũq; aliter est excoĩcatꝰ:etia3 q̃tum ad ecclesia3 ẽ sepatꝰ ab effectu idest a gratia ⁊ sacramẽtis: ꝙ nullꝰ q ẽ in pctõ mortali:cũ sit indispositus potest cõsequi gratiam spũs sancti: potest tamen intrare in ecclesiã: stare in officio diuino:⁊ etiam potest cum alijs i alijs pticipare:sed nõ põt pacẽ in ecclesia recipe:cum pax ipa sit loco cõmunionis Sed hec omnia plenius habent in decretis ⁊ decretalibꝰ: ⁊ i sũmis:ideo cum expedit videre quere diligentius in ipsis.

Postq̃ ille qui vult cõfiteri: dixit ex se ea que voluit de peccatis suis: si nõ dixit sufficienter:qð quasi semp accidit iterrogandus est plene d his que nõ dixit put videbit fore expediẽs Si vero modicum vel minus dixit potes interrogare ſm ordinem infra positum:v3 primo de decem preceptis:postea de vitijs capitalibus: nõ aũt omnes de omnibus:sed de illis q̃ solẽt in talibꝰ reperiri:⁊ nõ solum de istis peccatis

interrogãdi

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ĩterrogandi ſunt: ſed de omnibus cir cũſtãtĳs peccatoꝝ: put. ſ. ſatis oñſuz eſt. Non tam eſt neceſſe de quolibet peccato mortali omnes circunſtãtias ꝑdictas cõfiteri: ſed ſolum illas que trahunt peccatum in aliam ſpẽz: que ſcꝫ hñt ſpãlem deformitatẽ oppoſitaz alicui ꝑceptoꝝ. Sꝫ ⁊ de numero pec catoꝝ mortaliuꝫ. ſ. quotiens mortale peccatũ ɔmiſſuꝫ eſt in qualibet pecca toꝝ ſpecie diligẽter interrogandũ ẽ.

Incipit ꝑma pars de mõ interro gãdi penitentes a ɔfeſſore ẜm decem precepta legis. Primum preceptũ cõ tinet tria capitula. Primum.

Unum cole deuꝫ. Circa hoc primum preceptuꝫ: ſic potes interrogare ⁊ ꝑmo de votiſ.

De votis.

Nota ẜm magiſtrum ſñiarum di. 38. ꝙ votũ eſt teſtificatio quedã ꝓmiſſiõis ſpontanee que fit deo: de his que dei ſũt: ⁊ fieri debet: vel breuius ẜm Tho. Uotum ẽ ꝓmiſſio deo facta de aliquo qđ ſit deo acceptum: ad qđ reqrunꝶ tria. ſ. deliberatio volũtatꝭ. ꝓpoſitũ ⁊ ꝓmiſ ſio. vltimũ oriꝶ ex ſcđo: ſcđꝫ ex ꝑmo. Si trãſgreſſus eſt ſeu omiſit implere aliqđ votũ licitũ: ⁊ ſi aduertenꝶ cum poſſit eſt ſemper mortale. Et totiens quotiẽs frãgit. Secꝰ ſi ex obliuiõe vꝉ quia nõ poterat vt infirmus ieiunare ⁊ huiuſmodi.

Si vouit ſe aliqđ mali facturꝫ: vt vin dictã: vel maioris boni impeditiuuꝫ: vt nõ ĩgredi religionẽ hoc ẽ mortale ⁊ ſine aliq̃ diſpẽſatõne dꝫ illđ ĩfrigẽ.

Si nimis tardauit implere: ꝓpter qđ a memoria excidit omnino: vel venit ad ſtatum nõ valendi implere: cũ ꝑus potuiſſet mortale videꝶ. Idẽ quãdo dimiſit ꝓpoſitũ implendi: cum tamen poſſet: alˀs mora implendi votum: qñ ſibi nõ prefuit tempus nõ videꝶ mor tale: niſi mora eẽt valde nimia: ⁊ niſi ex hoc ei ĩmineret piculum nõ valẽdi implẽ: vt de voto ingrediẽdi religio nẽ cuꝫ tñ nõ haberet cãm legitimam cogẽtẽ dilatõis: tunc etiã ẽ mortale.

Si fecit votum de re licita: vt de ele moſina ieiunio ⁊ huiuſmõi: ẜ ob malũ finẽ: puta vt poſſit facere vindictam adulterium ⁊ huiuſmõi mortale pec catũ eſt nec teneꝶ illud implere.

Si fecit votũ abſtinentie ⁊ huiuſmõi ⁊ dubitat vtrũ poſſint ĩplere vel nõ ⁊ ſine diſpenſatione vꝉ ɔmutatõe ſu perioris: cũ poſſit faciliter recurrẽ ad eum: vel ad ɔfeſſorem ſuũ ꝓ conſilio frangit mortale videꝶ.

Nota tamẽ ꝙ viri pñt irritare vota vxoꝝ. ſ. abſtinẽtie pegrinatõis elemo ſine: ⁊ acceſſus ad talẽ locũ: ⁊ marie votũ elemoſinaꝝ ſi nõ hñt niſi dotem abſq; alia ſupioꝝ diſpenſatõe: ⁊ ſi fi at talis irritatio etiã ſine cã rõnabili a viro ãmõ nõ teneꝶ vxor ĩplẽ talia vota. Dubiũ eſt de voto hyeroſolimi tano: qꝛ hoc in fauorẽ fidei emittiꝶ.

De irritatiõe votoꝝ impubeꝝ ⁊ filio rũfamilias ⁊ religioſoꝝ: vide in ſcđa pte ſũme. ti vltimo.

Si hñs votum caſtitatis: vel religio nẽ intrãdi ⁊ matrimoniũ ɔxit morta le ẽ: ⁊ nõ põt ɔſũmare illđ abſq; mor tali peccato: quia adhuc poteſt illud ĩplere: ⁊ debet ante conſũmationem



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

matrimonii poſt ↄſūmationem vero
reddere tenet debitum etiā interpre
tatiue petenti. Sed exigendo ſemper
peccat mortalit᷑: vnde ↄſulenduꝫ ē et
ei petere ſuper hoc diſpēſatōem a pa
pa ſꝫ Snil. poſſꝫ ēt eps diſpēſar̄ niſi
eſſet talis ↄtinens ⁊ obſeruans ipſuꝫ
Si fecit votū ſtultuꝫ ⁊ irrōabile: vt
ieiunare dñica die: vl' nō pectinare ca
put: vel lauare i ſabbato: ⁊ huiuſmōi
mortale nō eſt: ſed ꝓhibēdus eſt illō
implere.

De voti tranſgreſſione.

Et nota ꝙ a trāſgreſſiōe vo
toꝝ poteſt de iure cōi ⁊ con
ſuetudine ↄfeſſor abſoluere
quia nō eſt de cāibus reſeruatis. ſꝫ de
diſpenſatione ⁊ ↄmutatōe votoꝝ nō
poteſt ſe itromittere ſin̄ ſpāli ↄmiſſio
ne dioceſanoꝝ: vl' alki⁹ q poſſit illam
dare. Epi aūt in omnibus poſſunt cō
mutare vl' diſpenſare: niſi in voto ca
ſtitatis vel religionis ⁊ tribus votis
ꝑegrinatōis. ſ. hyeroſolimitāi ad ſan
ctum Jacobum: ⁊ ad limina aploꝝ
ideſt Romā: in quib⁹ votis papa vl'
ſūmus pñiarius ſoli diſpenſant: vl' cō
mutant.

De votis hēs in ſcda pte ſūme.

De ſupſtitionibus. c. 2m.

Si fecit ipe vl' fieri fecit aliqō
maleficium: ſeu iuxta vl'gare
malias in quibus ſemp fiunt
incantatōnes occulte vl' manifeſte: de
monū inuocationes: qō ſemp eſt mor
tale: ⁊ dignū morte corporali.

De incantatōibus.

Si fecit vel fieri fecit: vl' ꝓcu
rauit aliquā incantatiōeꝫ cū
ſacramētalib⁹ eccleſie: vt aq̄
baptiſmali vel oleo ſcō ⁊ huiuſmodi
ob ſanitatē vel aliā cām ē mortale ⁊
grauiſſimū.

De adoratione creaturaꝝ.

Si adorauit aliquā creaturā
faciēdo orationē ad eaꝫ: vt
ad lunam ſoleꝫ ⁊ ſtellas cum
ꝑ apparet: ⁊ huiuſmōi ē mortale pcꝫ.

De diuinationibus.

Si fecit vel fieri fecit aliquaꝫ
diuinationeꝫ ad inueniēdum
furta: vl' ad ſcienduꝫ occulta
vel futurū: qō ſibi ↄtingere poteſt eſt
mortale.

De arte notoria.

Si didicit artem notoriam: vl'
vſus eſt ea ad ſciēduꝫ aliqua
vel ſi vſus eſt arte nigroman
tica mortale ē: ⁊ ſi habet librū inducē
dus eſt vt eum comburat. al's non eſt
abſoluendus ſicut eſt liber Almadel
Sexiphoras ⁊ aliꝭ libri ↄburendi ſꝫ:
quia mortale eſt vti eis.

De ↄſtellatōibus.

Si ex ↄſtellationibus vel pla
netis ſb qbus nat⁹ eſt aliqd
iudicauit determinate de cō
uerſatione ei⁹. Idē ſi ex phiſonomia.
Credere. n. hominē ex fato vl' ↄſtella
tione vl' ↄplexione cogi ad bonuꝫ vel
ad malum eſt hereticum.

De ſortibus.

Si vſus eſt ſortib⁹ diuinato
riis quod ē mortale: ex leui
te autē veniale.

Si dedit aliqō turpe vxor viro ad
comedēdum. vel alteri vt amaret eā
vel fecit vel dixit aliqd turpe ad hu
iuſmodi eſt mortale. interrogandum
eſt quid fuit illud.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

De incantationibus.

SI fecit vel fieri fecit aliquam incantatōem ob ſanitatē cō/ſequēdā: ⁊ qn̄ hoc fit ſciēdo eſſe ꝓhibitū ē mortale cōiter: quādo v̄o ex ſimplicitate fieret putando eſſe bonas orōnes videt̄ veniale. Sꝫ ſi nollet in futurū abſtinere negāda ē ei abſolutio: quia ex obſtinatōe ⁊ malitia videt̄ eē mortale: ⁊ interrogandꝰ eſt de v̄bis quibus vtunt̄: ⁊ de obſ/uantijs quas addūt.

De breuibus.

SI fecit vel fieri fecit: vl' vſus eſt breuibus: que cōiter ſunt ſupſtitioſa ex v̄bis vel carta in qua fiūt: vel modo imponendi vel portandi vel tp̄e ſcribendi: ⁊ inuenta ſupſtitione eaꝝ imponēdū ē q̄ cōbu/rant: ⁊ ſi nollent nō ſunt abſoluendi: quia tunc eſt mortale. Si vero putabant talia eſſe licita tanq̄ orationes: veniale videtur.

De obſeruationibus temporum.

SI obſeruauit vnā diem magꝭ q̄ aliā: in nō icipiendo aliqd tanq̄ malū: vt dies egyptiaticos: vel diē in quo occurrit decapitatio ſci Johannis baptiſte: vel dieꝫ aſcēſionis in colligendis herbis ⁊ huiuſmōi vēiale videt̄: quādo ex ſimplicitate hoc fit: ſiue ſcribēdo aliqua: vl' portādo ad ſuſpēdēduꝫ in aliquo loco ſi ſimplicit̄ credit vēiale eſt. Si v̄o hec crederet aīo obſtinato tunc mortale eſſet talia obſeruare.

De ſomnijs.

SI obſeruauit ſōnia faciēs aliquas orōnes ⁊ obſeruatōes ⁊ poſtea ex his que ſomniat volendo de futuris ⁊ occultis iudicare: ⁊ ꝓnuntiare mortale ē: al's autē ſine obſeruatōne adiuncta adhibē fide nimijs ſomnijs peccatuꝫ eſt: ⁊ ſi exſe nō ſit mortale tñ ꝑiculoſuꝫ ē: q2 ſi diabolus multos decipit.

Si ex effuſiōe olei de lucerna: vl' crocitatione aliquaꝝ auium. vel vlulatu canum. vl' magnitudine ⁊ ꝯtinuitate ventorū ⁊ huiuſmōi eſtimauit aliqd mali euentuꝝ qđ fatuū eſt.

Si exiſtimauit mulieres ꝯuerti i gattas vel alia animalia ⁊ ire de nocte ⁊ ſuggere ſanguinem puerorū ⁊ hꝰ qđ ē impoſſibile niſi deo: ⁊ iō fatuū eſt credere. De hac materia diuinationum incantationum ⁊ omnium ſuperſtitionum vide luce clarius in decre/tis. 26. cā. per totum.

De blaſphemia multiplici dei ⁊ ſanctorum. c. 3.

SI blaſphemauit deum: vicꝫ dicendo eum nō eē iuſtum ⁊ omnia iniuſte diſponere ⁊ eē acceptatorē pſonarum: vel nō videre que fiunt: vel nō curare de actibꝰ hominum vel ꝓditorem: vel ſine merito punire ⁊ flagellare eum: vel nō poſſe iſtud vl' illud facere ⁊ huiuſmōi qlꝫ horum eſt mortale: cum aduertit qđ dicit ⁊ intelligit.

Si blaſphemauit deum vel aliquem ſanctum que ꝓprie dicitur maledictō vt maledictus ſit ⁊c. vt fit ex ira ſemp eſt mortale: ſi aduertit ipſa verba.

Secundum preceptum de iuramētis ⁊ periurijs. et habet. c. duo.

Primum.



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Nec iures vana ꝑ ipſum. Primo ꝺ ꝑiurio. Si iurauit in aliqua curia coram iudice mēdacioſe mortale ē: ꝗtūcūqꝫ al's hēret iuſtaꝫ cām: ⁊ qui inducit ad hoc aduertenter vt iudex aduocatus procurator: ⁊ huiuſmodi mortalr̄ peccat.

Si iurauit ēt extra iudiciū in cōi ſermone quacunqꝫ ex cā vl' leuitate vel vtilitate vel iocoſitate: vel qualicūqꝫ mō: non ſolū ad ſancta dei euangelia ⁊ ꝑ corpus chriſti: ⁊ ſanctoꝝ: ſed etiā ꝑ fidem: per deū: ſi deus me adiuuet: ꝑ v̄ginem mariam: per cruceꝫ: per animam ſuam: ⁊ huiuſmodi. hoc ſemper ē mortale quando aduertit ſe iurare: ⁊ falſum dicere: ⁊ totiens quotiēs ſic iurando aduertit.

Si iurauit aliqd ꝑ certo: de quo dubitat vtrum ſic ſit mortale eſt: ⁊ precipue iurando in iudicio.

Si iurauit perpetrare aliquid quod eſt mortale: vt facere vindictaꝫ: nō dimittere ꝯcubinam: ſeruare iniuſta ſtatuta: tenere ſecretam iniquam ꝯiurationem mortaliter peccauit: nec debꝫ illud ſeruare.

Si iurauit tenere ſecretū aliqꝺ qꝺ ē tractatū in ꝯſilio: vel aliud qꝺ nulli ē nociuū: ſi aduertēter manifeſtat peccat mortalr̄ ipſe ⁊ qui ſtimulat eum ad manifeſtādū ſciēs illud eē ſecretū

Si iurauit ſeruare ſtatuta alicui⁹ ciuitatis vel vniuerſitatis: aliqꝺ ſcienter ex illis tranſgrediendo ſtatutis peccat mortaliter.

Si tamen aliquod ſtatutuꝫ ē abrogatū ꝑ ꝯtrariā ꝯſuetudinē: ꝗ quotidie ꝑ omnes fit ꝯtrariū ⁊ diu. nō videtur ꝑiurus ſi non ſeruat illud eo ꝙ nō hꝫ vim ſtatuti. di. 4. § leges.

Si iurauit ꝑ aliquē modū ꝓbrioſum per dei mēbra vel ſanctorū: vt faciūt ribaldi mortalr̄ peccauit: ꝗ blaſphēia r̄putať. zz. q. i. c. ſi qs ꝑ capillū

Si ꝓmiſit ſe aliquid facturꝫ licituꝫ in honorem dei vel alioꝝ ſanctoꝝ: ſi non intēdebat obſeruare mortalr̄ peccauit. Si autem intendebat obſeruare ꝫ veniente termino quo debꝫ implere nō ſeruat ꝓmiſſum: cum tamē poſſet: licꝫ cū icōmoditate ſua peccauit mortalr̄ niſi ille cui ꝓmiſit ante terminū relaxꝫ iuramētū: qꝺ facere poteſt ſi ꝓmiſſuꝫ in illi⁹ vtilitatem tm̄ cedat: nam ſi in vtilitatē alioꝝ vel in honorē dei ⁊ ſāctoꝝ nō poteſt ille relaxare: ſꝫ ad epm vel papā ꝑtinet relaxatio vel ꝯmutatio: ſi aūt non poteſt implere excuſať a peccato ꝑ tunc cū non poteſt.

Si quis etiā ꝓmittat cuꝫ iuramento ſe aliquid facturꝫ qꝺ non eſt alic⁹ importatōis boni vel mali: vt mater de v̄berando filiuꝫ: vl' de bibēdo: vl' nō ⁊ huiuſmodi videť veniale iuratio ⁊ ꝑiuratio. Si iurauit ſine cā rōnabili ꝑ quibuſcūqꝫ minimis: dicendo ēt vitatem veniale ē: niſi facēt in ꝯtemptum ⁊ inducendus eſt: vt abſtineat ꝓpter ꝑiculum periurii.

Si induxit aliquē ad iurādum: queꝫ omnino credebat falſum iuraturum mortalr̄ peccauit: niſi eēt iudex hoc faciens ex officio ſuo ſꝫ iuris ordīnē.

De adiuratioue. c. z.

Hec adiuratiōe que eſt inducē aliquē ad aliquid faciēdum ob inuocationeꝫ alicuius rei ſacre. ⁊ ſi ē ꝑ modū coactiōis itēdēs

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

eum obligare p modũ iuramenti ad aliquid faciendum: vt ad ſupiores ⁊ alios in quib⁹ nõ hẽt ptãtẽ ẽ morta le ſicut adiuratio Cayphe cõñ dñm.
Ad ſibi ſbditos võ ẽ licita eo cãu q̃ li ceret eis pcipere alr̃ nõ: ⁊ tc̃ adiurat⁹ tenet illud facere vel dicere alias eẽt mortale ſicut trãſgreſſio precepti.
Si adiurauit plãtos vl̃ ſocios vl̃ in feriores p modũ depcatõnis intẽdẽs reducere adiuramẽtũ ad aliqd boni faciendum: nõ eſt malũ vel veniale.
Si leuiter ⁊ ſine cã ẽ adiuratus nõ fa ciẽs illud non peccat. Tho.
Si adiurauit demones p modũ pcis vel ad fiendũ aliqd ab eis: vel aliqd obtinendũ auxiliũ eſt mortale: niſi qs faceret ex familiari õſilio ſpũs ſancti vel niſi ex quadã ſimplicitate: querẽs ab obſeſſis a diabolo: ſ p modũ coa ctõnis licet eos adiurare ne nobis no ceant.
Si adiurauit creaturas irrõnabiles ne diabol⁹ eis vtat in nr̃m nocumen tũ licz. Si aũt vt demon opet in eis mortale eſt vt incãtatores ſerpẽtium.
Si in cãtilẽis ⁊ turpib⁹ fabul' miſcuit deum ⁊ ſanctos: ⁊ in narrationibus turpibus ⁊ amatorijs eſt mortale: al' veniale niſi faceret in õtẽptũ dei.
Tertium preceptũ de obſeruatõe fe ſtoꝝ õtinet duo. c. Primum.
Sabbata ſanctifices. Quia q̃tũ ad determinationem dieꝝ: iſtud pceptũ ẽ de iu re poſitiuo: ideo hic anne ctere potes de ieiunijs ecc'ie ⁊ de au ditione miſſe.
Primo g̃ ſi fecit aliq̃d manuale opus diebus dñicis ⁊ feſtiuis: vel al's pcep tis ab ecc'ia extra nccitatem: q: mor taliter peccauit ſi per notabile ſpaciũ: ſecus ſi fueret aliqua puncta. Si võ ex nccitate vz q: hoſtes expectant vl̃ veniunt inundatõnes aquaruz ⁊ hĩ tũc liceret remouere blada ⁊ ſuppelle ctilia ⁊ huiuſmõi: ⁊ debẽt obſeruari de veſpera in veſperã. i. de ſero ad ſe ro. de õſe. di. 3. c. pnuntiãduz. ⁊ hic re quirit magna prudẽtia in õſulẽdo.
Si vendidit vel emit dieb⁹ feſtiuis nõ comeſtibilia de die in diẽ: vt panẽ vinuz caſeũ carnes ⁊ huiuſmodi mor taliter peccauit.
Si p modũ negociatiõis non in caſu magne neceſſitatis. In nũdinis tamen ex quo plãti ecc'iarũ tollerãt: ſi nõ di mittũt audire miſſaz ſm Pe. de pal'. vident excuſari qui mercant in dieb⁹ feſtiuis. ſ. a peccato mortali.
Si fieri fecit aliq̃d pdictoꝝ a ſuis fi lijs diſcipulis ſeruis laboratorib⁹ ſiñ neceſſitate peccat mortalr̃ mandans ⁊ exequens. Si tñ mãdãs ſeu mgr̃ vl̃ patronus nõ hz nccitatẽ: ſ diſcipul⁹ eius vel ſeruus vel ruſticus habz ne ceſſitatẽ: ita q aliter nõ poſſet viuẽ: vel q: diſcipulus nõ obedit aliquãdo magiſtro in his dieb⁹ vẽdẽdo vel fa ciẽdo aliq̃d exercitiũ ei⁹ artis p aliq̃ tempore. Et nec iſte nec ali⁹ de illa ar te vult õducẽ eũ ſecũ ⁊ aliõ exercitiũ neſcit facere videt ipſe excuſari.
Nam ſi in obſequiũ ecc'iaꝝ paupcula rũ aliqñ licz aliquid laborare diebus feſtiuis ſm doctores: q̃to magl licet p ſuſtẽtatiõe vite ei⁹ i nccitate tuti⁹ tamẽ eẽt eligere aliquã artẽ ſi poſſet.
Similiter de ſcriptorib⁹ pro pretio ⁊ õficiẽtib⁹ inſtrumenta ⁊ iudicantib⁹



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

⁊ facientibus lōgas dietas nō cā cu-
piditatis ſed neceſſitatis. q̄ꝛ non bene
aliter poteſt fieri.

¶ De barbitōſorib⁹ ⁊ huiuſmodi. ¶ Me-
dicinalia autē ſemper licet facere ⁊
medicari ⁊ talia vendere.

¶ Si per totū diē feſtiuū vacauit lu-
dis venationib⁹ aucupijs choreis ⁊
alijs vanitatibus mundi. frequenter
n. in his occurrunt mortalia peccata:
ꝗſi de ſe iſta non ſint mortalia. ¶ Et
mortale peccatum dieb⁹ feſtiuis ꝯmiſ-
ſum ſit grauius pꝫ: ⁊ iō de huiuſmōi
ꝯfitendum eſt.

¶ De auditione miſſe diebus dn̄icis ⁊
feſtiuis.

Si nō audiuit totam miſſam
diebus illis: ſed omiſit: vl' ex
ꝯtēptu: vel ex cupiditate lu-
crandi vel cā eundi ad ſolatiū: vel ad
ꝯuiuia: ſeu ex negligentia vel ignoran-
tia craſſa mortalit' peccauit: ⁊ totiēs
quotiens dimiſit. Idē ſi audiuit ſꝫ nō
totam dimittēdo notabilē ꝑtem. de
ꝯſe. di. i. c. miſſas. Sec⁹ vō ē ſi modicā
ꝑtem miſſe dimiſit.

¶ Si autem quis audiat in parrochia
ſua vel alibi miſſam ꝓpriam de die: l'
aliam audiendo: vel nō intelligendo
v̄ba: vel nō audiēdo: q̄ꝛ ſꝫ miſſe dicit'
vel audiat alibi ſeu a ꝯcubinario: vl'
ſymoniaco ⁊ huiuſmōi: vel nō ſymo-
niaco ⁊ ꝯcubinario: ex quo p̄lati non
ꝓuident ſup hi⁹ non vident' ſimplices
ſollicitādi: ſꝫ dimittēdum ꝯſcientijs eo-
rum vbi talia abundāt ſꝫ Pe. de pal
⁊ Guil. durañ.

¶ Dimittens vō auditionē miſſe ex in-
firmitate vel ex tali occupatiōe quā
nō pōt dimittē: vt ſeruire infirmo: vl'
alia iuſta cauſa: puta q̄ꝛ manet in ca-
ſtris excuſat'.

¶ Excuſant' etiā puelle que dimittunt'
a parētib⁹ domi: nō tamē euntes ad
choreas: vidue etiā que manēt ī do-
mo clauſe ꝑ menſes: nō excuſant'. ſec⁹
ſi ꝑ dies. xv. vel ꝑ menſem.

¶ De obſeruatione ieiunoꝝ. c. z.

Si quis dimittit ieiunia eccl'ie
vel quadrageſime: quatuor
tempoꝝ: ⁊ vigilias feſtorum
chriſti: ac ap̄loꝝ ⁊ ſcōꝝ ꝑ⁹. xxi. an-
num peccat mortalit': niſi hēat cām le-
gittime eū excuſantem: vel ſaltem exi-
ſtimet ſe habere: puta cū eſt ſatis de-
bilis vl' videt' ſibi eē ꝓpter q̄ credit
nō poſſe ieiunare ſine notabili corpis
detrimento: lꝫ ſꝫm varietatē poſſit: tal'
nō videt' de facili ꝯdēnādus de mor-
tali ex quo parat⁹ erat obedire p̄cep-
to ſi credidiſſꝫ ſe poſſe: aliter eſt mor-
tale: ⁊ totiēs quotiēs dimiſit aliquē
diē ieiunij: quilibet. n. dies eſt ſb̄ vno
peccato: ⁊ inde p⁹ xxi. annū īducēdi ſē
iuuenes ad ieiunādū: ſed etiā interro-
gandū eſt de numero dieꝝ quos dimi-
ſit: ⁊ qua de cauſa.

¶ Si vō notabilr' āticipauit horā co-
medēdi: puta circa horam tertiā ſine
cā legitima nō ē ieiuniū: vn̄ ⁊ mortl'e
hora aūt ꝯgrua ē eſſe nonā. tardare
autē poſt nonā nō eſt vitium: niſi fiat
ex ſupſtitiōne.

¶ Si cū ieiunauit ex ſtatuto eccleſie: vl'
ex voto: vel ex iniunctione ꝯfeſſoris
comedit de ſero fruſtrū panis: vl' de
pluribus fructibus: aut ꝯfectionibus:
vel de vno genere tm̄: ſꝫ in magna q̄n-
titate ieiunium fregit.

¶ Si vō aliquid ꝯfectionū ſumit ī ꝑua

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

q̃titate non ſoluit ieiunium: niſi fierꝫ in fraudem ad nutriēdum: ſ; ſumēdo aliquid fructuūꝫ: ꝑ modum medicine ne. ſ. vinum lauet ſtomachum non videt eſſe malum.

Poteſt autē quis in die pluries bibere ſumpto prandio: ⁊ non frangit ieiunium niſi fiat in fraudē vt dictū ē.

Debiles ⁊ multū laborātes itinerantes pegrināntes pregnātes: ac nutrientes paupes ⁊ hiꝰ: q̄uo ⁊ q̄n a ieiunio excuſent: vide plenius in ſūma.

Quartum preceptum de honore parentum ⁊ habet duo. c. Primum.

Habeas in honore parētes querere pmo. Si dixit v̄ba ↄtumelioſa vł opprobrioſa parentibus: mortaliter peccauit: ⁊ multo magis ſi v̄berauit etiā leuiter.

Idem ſi parentes irriſit.

Si blaſphemauit uel maledixit: ipſis defunctis ⁊ viuis.

Si nō obediuit eis ī licitis ex ↄtēptu peccauit mortalr̄: etiam in paruis rebus: ſecus ſi ex negligentia in rebus n̄ multum ponderis.

Si nō ꝓuidit neceſſitatibus eoꝝ: cuꝫ poſſet mortale eſt.

Si non impleuit legata facta ab eis ad pias cās: ſ; multum diſtulit ꝓpter incōmoditatem cuꝫ tn̄ poſſet peccauit mortaliter.

Si non reuerent̄ ſe habuit: ſ; ↄtēpſit vel dure locutus eſt: vł ꝓuocauit ad iram vel nō ſupportauit eos: vel diligenter non ꝓuidit. veniale ē.

De gubernatione familie. c. 2.

Si non ꝓuidit magnis neceſſitatibus victꝰ ⁊ veſtitꝰ filioꝝ vxoris ſeruoꝝ: cū poſſet ex auaritia: vł crudelitate mortale ē.

Itē ſi ꝓpter hoc illegitimos filios miſit ad hoſpitale: vel ſeruos qui ſibi bn̄ ſeruierunt.

Si nō adhibuit diligētiaꝫ ad hoc vt boni eēnt: ⁊ mādata dei ⁊ eccl'ie obſuarent; vt de cōfeſſione cōione auditione miſſe de honeſtate ⁊ huiuſmōi: ⁊ ſi notabilem in hoc ↄmiſit negligentiā. nō curādo vł nō corrigendo mortale ē: vel veniale graue.

Si dixit vxori v̄ba ↄtumelioſa vocādo ſcortuꝫ ⁊ hiꝰ: vel verberauit aſpere ſine cā rōnabili: ſ; ex iniuria mortale eſt. ſecꝰ ſi alias ei dura ⁊ aſpera v̄ba loquitur.

Si vxor ↄtendit cū viro in licitis rebus nolēs obedire ex hoc ꝓuocās eū ad blaſphemandū deū vł ſanctos vł ad aliud grāde incōueniēs mortale ē ſi eſt occaſio data ad hoc.

Si vir ꝑmittit vxorē facere vanitates aut ornatus: vł tripudiatꝰ ⁊ hiꝰ: ⁊ alia multū ꝓuocantia ad laſciuiam mortale videt̄: ſi v̄o nō videt̄ multuꝫ exceſſus veniale.

Mater que mittit filias ad choreas ⁊ alias mundi vanitates: ⁊ nō ducit ad miſſam ↄfeſſionē cōionem peccat mortaliter: ⁊ non videt̄ poſſe excuſari a mortali.

Si dn̄s vel dn̄a non ꝓuidit neceſſitatibus corporalibus ſeruoꝝ ⁊ ancillarū ⁊ infirmos mittit ad hoſpitale ⁊ nō curat de neceſſitate eoꝝ: vel n̄ dat eis habilitatē ad ↄfitendum cōicādū audiendū miſſamcum poſſit: vel facit in feſtis laborare: mortale eſt in quolꝫ horum:



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Si nimis dure vel nimis remiſſe al's ſe habuit in gubernatiõe familie in q̃ omnes delinquũt etiã pfecti cõiter veniale eſt. di.25.c.qualis.

Quintũ pceptũ de homicidio.c.vnũ.

Non occiſor eris. 7 primo quere. Si occidit extra ordinem iuris aliquẽ volũtarie: vel preter intẽtionẽ a caſu: dando operam rei illicite: vt i ludo noxio: vt ad ſaxa vl' etiam rei licite: ſ; nõ adhibẽdo debitã diligẽtiã vt piiciẽdo tegulas de tecto mortl'e eſt 7 caſus epis reſeruat⁹.

Item ſi ex neceſſitate euitabili 7 etiã inevitabili: ad quam puenit ex culpa: puta qa adulter eſt invẽt⁹ a viro mulieri adultere qui vt mortẽ euaderet eum occidit. interogãdũ eſt de cauſa homicidii.

Si iudex occidit aliquẽ innocẽtẽ; ẜ; iura vl' aliquẽ nocẽtẽ: ẜ preter ordinẽ iuris: vl' ẜm pceſſum ordinariũ: ſ; nõ habẽs legitimũ dominiũ: vel habens ptãtẽ: ſed nõ ex iuſticia: ſed ex vindicta: vel auaricia: vl' crudelitate: et eſt caſus epalis: niſi in vltimo pũcto.

Si mulier grauida queſiuit aborſum p medicinas vel labores: vel p alium modum: etiã ſi nõ ſequat effect⁹ eſt mortale in ea: 7 in quocũq; cõſulente 7 opãte ad hoc: nõ tamẽ eſt caſus epiſcopalis.

Si võ ſeqr effectus 7 puerpium erat formatũ in vtero: homicidiũ eſt in ea 7 in coopãte 7 cõſulẽte: vñ caſus epiſcopalis eſt. In aliquib⁹ etiam locis ſi nõ ſeqr effect⁹ p ſynodales cõſtões eſt epalis 7 alicubi eſt excõicatio.

Si occidit mater filiũ: vel filiã ſpõte ad occultãdũ crimẽ ſuũ grauiſſimũ ẽ: 7 multo plus ſi nõ baptizatũ.

Si pater filiã vel frater ſororem fornicãtẽ; ſi vir vxorẽ. ſi vxor virũ pter odiũ vel amorẽ ad aliquẽ aliũ. ſi fili⁹ patrẽ vel matrẽ ex ira vel auaritia: vl' fratrẽ frater g̃uiſſima ſũt 7 digna magna penitẽtia 7 epo reſeruata.

Et nota q̃ epiſcopi ſolent cõiter eos mittere qui ire poſſunt p caſu homicidii ad pñiarios curie ad terrorẽ icutiendũ. Si tamẽ nolũt poſſũt abſoluẽ tales per ſe: vl' p alios: ideo pape nõ reſeruatus.

Si mater vl' nutrix ſuffocat filiũ: vel filiam quẽ tenet iuxta ſe inaduertẽt' opprimẽs eũ mortale ẽ ppt' negligẽtiã 7 eſt epalis.

Si mulier grauida pter intentionem abortit: ſi õmiſiſſet ibi notabilẽ negligẽtiam: puta quia nimis ſaltauit: vl' quia nimis inordinate laborauit: vel pter inordinatas laſciuias nõ eſſet abſq; mortali peccato.

Idem in viro vel alio pcutiente eã vñ hoc ſeqt'. Secus võ ſi nõ eſſ; in cã.

Si qs etiã nõ occidit tñ mutilat aliq̃õ mẽbrũ: vl' reddit iutile: alit' extra ordinẽ iuris vl' vulnerat vel al's pcutit aliquẽ ex iniuria peccat mortalit'.

Itẽ ſi iniuſte icarcerat: vel tenet per violẽtiam ne liber poſſit abire: niſi faceret p pũctũ tẽporis ad ipediẽdum malũ eius.

Si clericũ hñtem tãtũ pmã tonſurã eſt excõicatus.

Si qs vbo vl' mãdato. ſc; mãdãdo pſuadẽdo cõſulẽdo ratificãdo vl' icitãdo coopat' aliqõ pdictoꝝ vl' mortẽ vl' corporalẽ leſionẽ peccat mortalit'

© Biblioteca Valenciana (Generalitat·Valenciana)

ēt ſi non ſequať effectus. ¶ Sȝ ſi ſequiť
effect⁹ grauius ē: ⁊ ſi pcuſſit: vel hi⁹:
incarceratus eēt clericus vel religio-
ſus in quolȝ pdictoꝝ caſuū pcutiens:
vel includēs ē excōicatus: niſi eēt pla
tus ei⁹ qui hec faceret cā correctōis
¶ Et vbi in pdictl. ſ. mādato ꝯſilio coo
patione vel facto ſi eēt enormis iniu-
ria facta clerico vel religioſo nō pōt
abſolui citra ſedem aplicam vel le ga
tū vl' ſummū pñitiariū.
¶ Secus vō ſi non eēt enormis iniuria
¶ De huiuſmodi mā hēs diffuſe in. 4ª
pte ſumme.
¶ Enormis iniuria diciť qñ ad mulatio
nē membri ſeu effuſionē ſanguinis ma
gnam. ſ. p vulnus illatum pceſſuȝ fue
rit ¶ Aut ſi in epm: vel in abbatem pro
priuȝ manus violenta iniecta ſit. vt. c.
cum illoꝝ. de ſen. excō ¶ Aut. n dicitur
enormis arbitrio boni viri ex circun-
ſtātijs locoꝝ tēpoꝝ pſonaꝝ. vt inſti.
de iure nāli. §. atrox ¶ Uel ſi eſt facta
religioſo: q2 non abſoluiť talis citra
ſedem aplicaȝ vel legatū ei⁹: vel eius
ſūmū pñitiariū. ſecus vēo eſt ſi nō eēt
enormis.
Si qs interfecerit vel mādauerit: vl'
fecerit interfici aliquē chriſtianuȝ per
aſſaſſinos: etiaȝ ſi non ſequať effectus
eſt excōicatus ⁊ depoſitus oī gradu
ordine ⁊ dignitate ſeculari: vl' ecclia-
ſtica ⁊ ſilr receptor ⁊ defenſor hi⁹ aſ
ſaſſinoruȝ. c. p humani. de homi. li. 6.
¶ Dicunť aſſaſſini quidā heretici. vide
de hoc in 4. pte ſūme. ti. i.
¶ Si quis deſiderat mortē alterius de
liberata rōe in malū alterius: ſiue ex
odio ſiue iuidia: ſiū ex auaritia vt ha
beat eius bona: vl' ex luxuria: vt aliā
accipiat: vl' ex ſupbia vt in platione
ſuccedat: vl' ex accidia ne hēat cāȝ gu
bernādi eū: vl' vt ſit magis liber: ⁊ nō
hēat corripiētē in quolibȝ hoꝝ ē mor-
tale. ſecus autē ſi hoc deſiderat: ne ip
ſemet vel ille deū: ampli⁹ offenderet:
vl' ne peior efficereť: aut ne bonis pſo
nis vel eccleſie dei noceat ſicut tyrāni
¶ Si vō qs ex impatiētia ⁊ ira percu-
tit ſeipm iniurioſe peccat mortaliť: ⁊
ſi clericus ſit eſt excōicatus: ſecus ſi ex
zelo deuotionis ad repmendaȝ carnē
vel temptatiōes: nō tñ licȝ abſcidē ali
quod mēbrū: al's peccaret mortaliter
⁊ efficereť irregularis: ⁊ ſi eſt clericus
eſſet excōicatus.
¶ Si occidiſſet vel vulneraſſet aliqueȝ
in loco ſacro eēt ſacrilegiuȝ ⁊ eccleſia
violata.
¶ Si p violentiam etiam ſi ſit officialis
eduxerit malefactorem vel debitoreȝ
de loco ſacro: vel fecerit capi eū pecca
uit mortaliter.
¶ Si fecit vl' fieri fecit torneamētuȝ: vl'
aliud ſpectaculum vbi ſit piculū vite
mortale peccatū eſt.
¶ Sextum pceptuȝ de luxuria actua
li ⁊ ſpēbus ei⁹. c. vnum.

NOn mechaberis. Luxuria
actualis que cōmittiť ext
matrimonium: ſemper eſt
mortale peccatū in oibus
ſpeciebus ſuis que omnes hic ponunť
q2 diſtincte oporȝ eas ꝯfiteri vel inť
rogare cōfitentes ſi a ſeipſ non dicunt
nullo modo tamen neceſſe eſt interro
gare de his oibus niſi neceſſitas co-
gat ne qs addiſcat quod neſcit ꝫ pro
ut ꝯuenit pſonis q̄ ꝯfitenť. ⁊ cū hētur
vltia ſpēs non ē vltra deſcendendum



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ad alias ꝑticulares circunſtātias non
neceſſarias ⁊ cauto ac hōeſto modo
interrogandum eſt.

Si cognouit ſolutus ſolutam que dr̄
fornicatio ⁊ ſi eſt meretrix vel ſerua
ſua vel alterius vel vidua: ⁊ etiā ſi ta
les induxit ad peccatū.

Si tenuit ꝯcubinam ⁊ q̄to tp̄e: qꝛ vl
tra fornicationē eſt ibi ſcandalum ꝓ
ximoꝝ: qꝛ publicum: lꝫ ſit fornicatio.

Si v̄ginem deflorauit ext̄ matrimo-
nium qđ dr̄ ſtuprū ⁊ ſi ſeduxit eam ꝓ
mittendo ducē in vxorem cogendus
eſt in foro ꝯſcie: vel ducere eam ī vxo
rē ſibi: vl̄ eā dotare ſi poteſt: ⁊ iniuria
tus eſt parentibus eiuſdem: ſi hoc ne-
ſcierunt.

Si ipe ſolutus cognouit vxorē alte
rius vel ipe vxorat⁹ cognouit ſolutā
qđ dr̄ adulteriū: ⁊ ē duplex quando
vterqꝫ eſt ꝯiugatus.

Si intulit violentiā alicui qđ dicit̄
raptus: ⁊ ſi contra voluntatē parētū
grauius eſt.

Si nupte vel v̄gini vel moniali gra-
uiſſimū eſt.

Si cognouit ꝯſanguineā ſuā: vel ꝯſā-
guineam vxoris ſue vſqꝫ ad quartum
gradū ꝯſanguinitatis vel affinitatis:
⁊ dicit̄ inceſtus.

Idē de muliere que permittit ſe cog-
ſci a ꝯſanguineo viri ſui.

Si officialis ul' iudex ali⁹ tiore: odio cupiditate: uel amore: ul' aliq̄ cā iniq̄ tulit ſnīaȝ aduertēt' mortale ē: ⁊ tñt' ad oē īntēe pti leſe. ⁊ ſi ille p q̄ dedit ſniam nō vult ſatiſfacē: vl' ñ pōt qm̄ p̄ncipalit' ipe tenet'. dȝ Ray.

Si p īgrātiā craſſam ipe tulit iīquā ſnīaȝ i iudicio aīe tenet'. ⁊ peccat ut p̄us Ray. qꝛ debuit ſcire ſe iſufficiētez ⁊ nō iudicare.

Si p negligētiā: qꝛ ſufficiēs erat: ⁊ ſi laboraſſet ad ingrēdū ⁊ legēdū vitatē īueniſſet: ꝫ neglexit hᷓ agē tenet' ut p̄us. Miti⁹ tñ agit' cū eo q ex īgrātia craſſa: q̄ cū eo q ex malitia. ⁊ hᷓ habȝ locū i iudice ordinario nō delegato.

Si delegat⁹ iudex iudicauit bona fide: ⁊ de ɔſilio peritoꝝ tulit iiq̄ ſniaȝ nō videt' peccare aut teneri ad reſtitutionē leſo: tū qꝛ neceſſitate obediētie iudicauit: tū qa ſepe ex certa ſcia delegātis aſſūit'. qꝛ ē ignar⁹ iuris: qa bon⁹ vir: qd̄ ē veꝝ niſi i q̄rēdo ɔſiliū fuiſſet negligēs aut culpabilis. tūc. n. peccat ⁊ tenet' ad reſtōnem. Aul. Si aſſeſſor induc' iudicē ad ferēdā iniq̄ ſniam excuſat' qdē iudex ſi ſimplex ē: ⁊ hȝ bonā ɔſciam. ſ. credēs ſniam eē iuſtā. ⁊ ſi nō fuit in culpa eligēdo aſſeſſorē: qꝛ bon⁹ ⁊ ſufficiēs coit' credebat': ꝫ aſſeſſor peccat mortal'r. ⁊ tenet' ad ſatiſfactiōem leſo: ſiue doloſe: ſiue īgrāt' iducat iudicē ad iudicādū iiuſte. Ray. Si iudex ignar⁹ iur'. ſecū ducit aſſeſſorē: q coit' ñ rputat' ſufficiēs: ul' iiqu⁹: ſi ǒ ɔſilio ei⁹ fert iiquā ſnīaȝ lȝ credat iuſtā: vtqȝ mortal'r peccat: ⁊ tenet' ad reſtōnē in ſolidū.

Si accepit pecuniā i iudicio: qd̄ pōt eē qnqȝ modis: ⁊ ſp videt' mortale. p̄ ſi accepit ut male iudicaret ɔt' iuſticiā ⁊ ɔt' ɔſciaȝ: ⁊ tūc illa pecūia dȝ dari ei in cui⁹ iīuriā data ē. i. q. i. c. iubem⁹. 2° ſi accepit ut bñ iudicaret. vl' ut iudicaret. ⁊ daret ſnīaȝ. vel ſi accepit ut ñ iudicaret cū debēt iudicare. vl' ut ñ male iudicāet. In his qnqȝ caſib⁹ dȝ reſtitui ei q dedit. ii. q. ʒ. c. non lȝ. Ray. ⁊ ſm Aul. i foro pnīe poteſt paupib⁹ erogari. ſic ⁊ alia turpia lucra. de conſilio tamen.

Si iudex nllo mō voluit ferre ſnīam cū deberet. ⁊ ꝑpt' hᷓ aliqs amittit ius ſuuȝ mortale ē. ⁊ tñt' illi reſtituē litis eſtiatōȝ. Ray. ʒʒ. q. 5. c. admiſtratōeſ

Si iudex accepit aliqd a ptib⁹ vñ nō qꝛ ordairi⁹ nihil pōt accipe etiā expēſaſ niſi modeāta ēſenia ſpōte oblata ut eſculētū ⁊ potulētū. di. 18. c. ǒ eulogijs. Delegat⁹ pōt rcipe moderatas expēſas. qñ. ſ. ē paup: vl' qñ oȝ cū extr' ⁊ egtare p examinatiōe cauſe: vel p

aſſeſſore ſm gl. Si āt papa alicui cāꝫ delegauit: nō vr̄ ꝙ aliqd poſſit petē nec ēt expēſas: ſi ſua ſibi ſufficiūt: niſi oporteat eū exire: ul' plus ꝙ̄ domi expendere Ray. ⁊ Uul.

Si iudex eccleſiaſticus ordinari⁹ vl' delegat⁹ ꝯ̄ ꝯſciaꝫ ⁊ ꝯ̄ iuſticiā: ⁊ ingrauamē alteri⁹ partis ī iudicio qcꝙ̄ facit ꝑ grāꝫ ul' ꝑ pecuniā īcurrit ſuſpēſiōꝫ ab executiōe officij ꝑ ānū cōdē nādus ad eſtimatiōeꝫ litis: de ꝙ̄ vide in quarta parte. ti.

Si iudex eccl'iaſtic⁹ excoīcatiōis ſententiā ſuſpēſiōis: ul' int'dicti nimis defacili fulminat: aut ſine ꝑmiſſa admonitiōe vel ſine ſcriptꝫ vel al's ꝯ̄ ordinē iuris ḡuit' peccauit. ꝺ his i. 4. ꝑte

Si iudex qcūqꝫ dilatiōes aliqs ꝯtraius fecit. ⁊ ſi ordinē iudiciariū n̄ ſuauit. Si ꝑtē alt'aꝫ ꝯ̄ iuſticiā ḡuauit.

Si reo fecit qōnes uel poſitiōes ſeu iqſitiones ad qs rn̄dē nō tenebat'.

Si appellatōes legitimas n̄ admiſit.

Si doloſe locū appellādi dedit.

Si poſt appellatiōeꝫ legitimā nihilominus i cā ꝓceſſit. Si ī dubijs magnis peritos nō ꝯſuluit. Si allegationes friuolas admiſit. Si paupib⁹ viduis: orphanis nō ſbuenit. ⁊ ī aduocatiōe nō ꝓuidit: ī quolꝫ iſtoꝝ vr̄ eſſe mortale cū ſciēt' delinqt. Si iudex illicite rlaxauit penā debitā reo. qꝺ fit tripl'r. Uno⁰ qꝛ non erat ſupm⁹ iudex ſ. ꝓnceps: nec ei publica ptās ē plenarie cōmiſſa: ſꝫ ut iudicet ſꝫ leges: ⁊ ſtatuta ciuitatis. 2⁰ mō qꝛ ⁊ ſi hꝫ plenariā ptātē: is tn̄ q paſſus ē īiuriā nō aſſentit ſibi remitti ſꝫ vult reū puniri. 3⁰ mō qn̄ ⁊ ſi iudex hꝫ plenariā ptātē. ⁊ leſus vult remittē: tn̄ n̄ ē cā iuſta reip. vtilis ſꝫ nociua. ſ. ꝑbēs icētiuū delinquēdi. Tho. i qōlꝫ. ⁊ peccat mortl'r. Nō ꝙ q fingit fraudulēt' cām aliquā ꝑ quā iudex aliqs vadat ul' mittat ad aliquā mulierē ꝓ teſtimonio ferēdo ē excoīcat⁹. c. mlires. de iudi. li. 6.

Si debitā penā auxit vel minuit cū n̄ poſſit ul' debēt: qn̄ poſſit uel nō: vide in. 3. ꝑte ſū. ti. 3. Si etiā muta poſſet vide ibi.

Si iudicauit ſm allegata ⁊ ꝓbata cōdēnās quē nouit īnocētē: q tn̄ vtrum peccꝫ ul' n̄. ul' excuſet'. vide ī. 3. ꝑte ſū. ti. 3. Si miſter iudicꝫ. ex n̄s execut⁹ ē īiquā ſniaꝫ ⁊ īiuſtā. ſi ꝓcerto ſcit īnocētē nō excuſat' a pctō. Ray. ſec⁹ ſi dubitat: qꝛ tūc excuſat' ꝓpt' obediētiā.

De ptinētib⁹ vō ad iudiciū hēs in. 3. ꝑte. titulo. 3.. c.

De aduocatꝫ ꝓcuratōib⁹ ⁊ nōrijſ. c. 4

Circa aduocatos ꝓcuratores ⁊ nōrios introgādū ē ꝑ. Si poſuit ſe ad aduocādū cū ꝓhibēt' ī iure ſciēt' h' faciēs vr̄ peccare. Prohibet' aūt īfidelis ⁊ excoīcat⁹ excoīcatōe maiori: necnō religioſus niſi ꝓ mōſterio: ⁊ de mādato ſui ꝑlati. ſꝫ ⁊ clerici in ſacris: uel etiā ī miōrib⁹ ſꝫ ⁊ bn̄ficiati ꝓhibēt' aduocar' ī iudicio ſeculari niſi in cā ꝓpria: ⁊ ꝓ eccl'ia ſua vel ꝓ ꝯiūctis uel miſabilib⁹ ꝑſonis.

Sūt ⁊ alie ꝑſone ꝓhibite. ꝺ qb⁹ hr̄. 3. q. 7. § tria. Et īt' alios ꝓhibet' ſodomita ꝓcipue notori⁹ ꝺ iur' ul' ꝺ facto.

Iudex vel aſſeſſor etiā nō pōt eē aduocat⁹ i cā i ꝙ̄ eſt iudex: nec clericus ꝓ ext'neis cōn̄ eccl'iam ſuā. Ray.

Si aduocat⁹ ul' ꝓcurator ſciēt' defendit cāꝫ īiuſtā peccat mortal'r ⁊ tenet' alteri ꝑte de oī dāno inde hito. Tho. niſi ſatiſfaciat cliētul⁹ q ꝓncipal'r tenet' ſi ſcit īiuſticiam qn̄. ſ. obtinet omnem

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

victoꝛiā cāe. Si vo ignoꝛāter iiuſtā
cāʒ defendit. ſ. putās iuſtā excuſat ſʒ
modū ⁊ ꝯſuetudinē regiōis: q̄ ignoꝛ-
rātia excuſari pōt. Tho. Et ſi ex igrā
tia craſſa peccat moꝛtalit. Si in pn°
credebat iuſtā: ſʒ i pceſſu cāe videt i
iuſtā dʒ deſſe uł deſerē eā: ⁊ n̄ vlte
ri⁹ pſeq. alr peccaret. ⁊ ſi obtinet vi
ctoꝛiā cauſe tenet leſo ad ſatiſfactiōʒ
no tn̄ dʒ eā pdē aduerſario: uł ſecre
ta ſue cāe reuelare: ſʒ iducē cliētulum
ſuū ad cedēdū uł ꝯponēdū cū aduer
ſario ſuo ſine dāno aduerſarij. Tho.
dū āt ē ei dubia vſq; ad finē lʒ pſeq
ſemp illā ſine pctō Uul.

Si aduocādo vſus ē idebito mō ſm
Ray. Si pduxit falſos teſtes uł pdu
ci fecit uł coꝛruptos. Si iduxit falſas
leges ſeu alias pbatiōes falſas iuris
vel facti. Si mētit uł mētiri fecerit:
vel docet cliētulū ſuū i iudicio.

Si dilationes nō neceſſarias querat
i grauamē ptiū. Si appellat ſciēt ꝯt
iuſtā ſniaʒ i qlibʒ hoꝝ videt moꝛtale

Si nō fidelr cāʒ foueat q̄tū iuſticia
ſuadet omittēdo de ꝯtingētib⁹ ex ne
gligētia vel nōbili ignoꝛātia: in quo
poſſet eē moꝛtale. Si pcacit aut di
cēdo ꝯuitia: vel vociferādo. Si pdi
dit ſecreta aduerſario ſuo. ⁊ ſi p pdi
ctū modū vicit iiuſtā cāʒ tn̄t leſo de
oi dāno ide ſecuto. Si amittit iuſtā
cāʒ ꝑꝑ ſuā iſidelitatē uel negligētiā
uel ignoꝛātiā tn̄t clientulo ſuo de oi
dāno. Si aduocatus nō pſtauit pro
ciniū i iuſta cā paupuʒ ⁊ miſerabiliuʒ
pſonaꝝ. nā ſi nouit talē cāʒ. ⁊ ſcit illū
p ſe nō poſſe iuuari: q nō hʒ ad ſoluē
dū: nec aliū videt q velit eū iuuare:
ꝑꝑ qđ amittit cāʒ tn̄t gratis iuuare
ſi pōt. alr vr̄ moꝛtale. Tho. ⁊ Ray.

Si imoderatū ſalariū accipit de ſua
aduocatiōe. nā moderatū pete pōt: ⁊
aduocat⁹ ⁊ iuriſcōſult⁹. ut dič Aug⁹
14.q.5.c.nō ſane. ꝙ moderatū ſumit
ex $4^{or}$. ſ. ex q̄titate cāe. ex labore ad
uocādi. ex ſcia. ⁊ facūdia aduocādi.
ex ꝯſuetudine regiōis. ⁊ ſʒ h' magl. ⁊
min⁹ pōt accipe ſm Ray. vel ab iitio
cū facit pactū vł ex poſt facto ꝯpleto

Sed ex quo cā ē icepta necdū finita:
nullū dʒ facē pactū cū litigatoꝛe quē
accepit i ꝓpriā fidem: ꝙ poſſʒ eē occa
ſio magni piculi. 3.q.7.§.pterea. Itē
n̄ lʒ paciſci de q̄ta cū aduocato: vʒ de
cima uel cēteſima: ſʒ de quanta lʒ mo
derate tn̄ ſm iura. de hac materia vi
de plene i tertia parte. ſūme. ti.

Si iuriſpit⁹ exn̄s i cā quā nouit in iu
ſtā ꝯſuluit quō obtineret moꝛtale ē
⁊ ſi vicit ex ꝯſilio ei⁹ tn̄t leſo đ dāno

Si ex ignoꝛātia. craſſa male ꝯſuluit:

Si nō cōſuluit paupib⁹ nō hn̄tib⁹ ad
ſoluē dū. Si nimis petijt. idē dicēduʒ
eſt ſicut de aduocato

Si pcuratoꝛ exn̄s defēdit ſciēt iiuſtā
cāʒ. Si nō fidelit ⁊ ſollicite fouet iu
ſtā. Si paupib⁹ n̄ pſtauit patrociniū

Si nimiū petijt ſalariū idē dicēdum
qđ de aduocato.

Si notari⁹ exn̄s aduertēt falſauit in
ſtrumenta. peccauit moꝛtalit ⁊ tenet
de omni dāno ſecuto.

Si malitioſe occultauit iura alioꝛuʒ
ſeu iſtr̄a. ⁊ n̄ aſſignauit: aut deſtruxit
uł alijs dedit vlr̄ mōtale tn̄t đ oi dā
no. Si ex igrātia nōbili uł negligētia
male dictauit iſtr̄a uel teſtamēta cuʒ
defectib⁹ vn̄ oꝛiūt litigia: vel pdūtur
bōa alioꝝ peccat moꝛtalit. ⁊ tenetur
de omni dāno leſo exinde.

Si fuit rogat⁹ i teſtamētis eoꝝ q nō



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

erant ſui ſenſus ſciēter tanꝙ vſū rōis
libeꝝ habētiū: mortale ē. ⁊ tenet d oi
dāno leſis.

Si i inſtrīs ſuis nō ē vſus ſolēnitati
bus legalibꝰ vn̄ validāt cōtractꝰ: qa
mortale ē. ⁊ tn̄r de oi dāno. Si fecit
inſtra i fraudē vꝛaꝝ ſciēt: mortale ē:
⁊ eſt periurꝰ. Si notariꝰ i officio eſt
ſalariatꝰ ſufficiēt a coītate: ⁊ accipit
etiā ab his ꝑ qbꝰ ſcribit litteraſ: gr̄as
⁊ hiꝰ. vl' n̄ ſalariatꝰ a coītate accipit
de cōſuetudine ꝑ labore ſuo vlt de/
bitū ⁊ eqtatē peccauit ⁊ tn̄r ad reſtōꝫ

Si diebꝰ feſtiuis ſine neceſſitate: ſꝫ ex
cupiditate fecit inſtra: vl' copiauit uel
extēdit ſcripturas cū poſſet differre:
mortale videt. Si fuit rogatꝰ: vl' di
ctauit: vel redegit i ſcriptꝰ ſtatuta ꝯ
libertatē eccleſiaſticā mortalit pecca
uit eſtqꝫ excoīcatꝰ.

Si notariꝰ exn̄s epi ꝑ ſcribēdis noi/
bus ordinādoꝝ: ul' l'ris ordiationū ac
cepit pecuniā ſi ſalariatꝰ ē ab epo: ſy
moniā ꝯmiſit. Si vō n̄ ſalariatꝰ ſatꝭ
accepit: ut d lucro accipet ordinator
ſymōia ē. d q̄vid pleniꝰ i. z. pte. ti. i. c. i

De doctoribꝰ ⁊ ſcholaribꝰ. c. 5.

Circa doctores ⁊ ſcholares i
gredū ē ⁊ pͦ. Si docēs publi
ce leges vel phyſicaꝫ admiſit
ad lectionē ſuā ſciēt religioſos: ul' ſa
cerdotes ſeculares: ul' alios clericos
nō ſacerdotes ſꝫ i dignitate ꝯſtitutos
qꝛ excoīcatꝰ ē: qn̄ aliquē p̄dictoꝝ ad
uertēt admittit ſil' cū illiſ. c. ſup. Spe.
ex ne cle. vel mo.

Si docēs aut legēs i qcūqꝫ facl'tate
etiā in ſacra theologia admittat reli
gioſū exeūtē de mōaſterio cū habitu
ad audiēdū ſine lnia p̄lati ſui ſciēt eſt
excoīcatꝰ cū eo: qꝛ ꝑticipat in crimine

Itē ſi cū licētia p̄lati ſui: ſꝫ ſine habitu
ad lectionē recipit ſm Lapū.

Si magiſter ul' ſcholaris exn̄s bono
nie tractat cū aliq̄ ciue bononiēſe de
ꝯditione hoſpicij irreq̄ſitis inq̄linis
niſi tps cōductiōis fuerit elapſum ex
coīcatꝰ ē. ex d loca. c. ex reſcripto. Et
hec excoīcatio n̄ hꝫ locū niſi bononie.

Si qs ex eo pacto receptꝰ ē i canoni/
cū ut ſcholas teneat ſymoniacꝰ ē: vn̄
⁊ mortale: ſꝫ vacāte p̄bēda pōt ei āne
cti h' onꝰ docēdi licite. Hoſti. ⁊ Ber.

Si aliqd exigat ul' ꝑmittat ꝑ licētia
docēdi q̄uis ſm Hoſti. n̄ ſit ſymōia.
eſt tn̄ ꝯ iura vn̄ ⁊ mortale. qd ptꝫ ex
pena ꝓpt' h' ipoſita. qꝛ exactū reſtituit
⁊ debent exactores officijs ⁊ bn̄ficijs
expoliari. ex eo. c. i. Ray.

Si magiſter hꝫ bn̄ficiū uel ſalariū ſuf
ficiēs ꝑ docēdo: ſi exigit a ſcholari/
bus ſymoniā cōmittit p̄cipue a cleri/
cis ⁊ paupibꝰ exigēdo: qꝛ vēdit do/
ctrinā. ⁊ tn̄r ad reſtōem. Hoſti. Ray.

Si aūt n̄ ſufficit ſalariū ei: pōt exigē:
ſi tn̄ ſit idoneꝰ i docendo. al's non A.
pauperibꝰ aūt nō dꝫ exigere. oblata
vō gratis ſemper pōt accipe. ⁊ multo
magis ſi nullū hꝫ ſalariūꝫ pōt recipe
collectam ꝑ labore.

Si magiſter feſtū colēdū de iure vl'
d ꝯſuetudine nō vult ꝯcedē niſi ꝑ pe
cunia. ul' ecōt' nō colēdū ꝯcedit colen
dū ꝑ pecūia: ſymoniā ꝯmittit. Ray.

Si magiſteriū inde querit ineptus ⁊
valde ignorās vel recipit: videt eſſe
mortale ꝓpter piculum quod ſeqtur
quia rōne magiſterij datur fides in
quibꝰ requirit vn̄ nocumētū ꝓ primo
ſeqtur ex conſilio malo. ⁊ hoc p̄cipue
in theoiogica facultate: ⁊ admittens
tales ſciēter ad magiſteriū etiam vr̄

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

mortaliter peccare.

Si querit gradus: uel magiſteriũ nõ ad vtilitatẽ animarũ ⁊ dei honorẽ: ſed ad ſui ſuſtẽtatõẽ ⁊ honorẽ: ptinet ad ambitionem: ideo vide de ambitione quãdo mortale eſt uel veniale. Si inde querit exemptionem uel diuitias: vel libertatem totũ eſt dãnabile pſertim in religioſis.

Si docuit publice in theologia exñs in mortali notorio peccauit mortalr̃ Petrus. Si ſciẽtias prohibitas legit vel didicit: ut nigromãtiã ul' artẽ notoriã ⁊ hmodi mortale eſt. uel ſi notabilr̃ ignorãs ſe ad docẽdũ poſuit ⁊ errores nõbiles docuit ẽ mortale.

Si nõ adhibuit diligẽtiã ad pfectũ ſcholariũ in ſciẽtia ⁊ moribus quam debuit faciens nimias vacatões: vel nõ vtilia ſed curioſa docẽs: vl' d moribus eorũ nõ curãs. nec ꝯpeſcẽs i q potuit in hmodi negligentiã notabilr̃ cõmittẽs mortale eſt.

Si vniuerſitatis iuramẽta nõ ipleuit mortale eſt peccatum.

Si ſe iactauit de doctrina: ul' aliis d traxit ſe preferẽdo: vel eis inuidit: ul' ſectas nutriuit int' ſcholares: ul' ſcholares alteri doctoris ad ſe traxit iiuſte: uel pompoſe indut ẽ. de quibus vide ſ. de huiuſmodi grauitate.

Si ſcholares ñ fuerũt obediẽtes doctori in his in quibus tenentur.

Si rixas inter ſe fecerunt.

Si minus aptũ elegerũt ad legendũ ex cã iiuſta. Si dimiſerũt ieiunia eccleſiaſtica cum ieiunare poſſent: vel miſſe auditionẽ i feſtis: vl' alia ſacra. Si ꝯtẽdũt in diſputatiõe contra veritatẽ ne videaꝛ ſuccũbere. Si ſuperbiuit ex ſciẽtia. Si aliquẽ malũ finem intẽdũt ex ſcientia ſua: ul' lucra iiuſta curioſitates ambitiões ⁊ huiuſmodi. Si ſunt negligẽtes in ſtudio. Si prodigi i expẽdendo. ⁊ de aliis ingrendi ſũt put videbiꝛ expedire de dictis ſ in .i. pte. ⁊ i.z.

Si nimis ardent' ſtuduit in libris gẽtiliũ pter ornatũ min vacãs ſtudio vtiliori: vel neceſſario: uel ſacre ſcripture pcipue q ad religioſos: ul' i poeticis pt' materiã turpẽ. qa iſtud eſt mortale. 37. di. c. ideo phibetur.

De medicis ⁊ aromatariis. c. 6.

Si poſuit ſe ad practicã i medicina ſine ſufficiẽti peritia. qꝛ ſi paꝝ vel nihil ſtuduit vr̃ mortale: qꝛ expoſuit ſe piculo occidẽdi homines.

Si pit ⁊ ſufficiẽs exñs omiſit aliqd de cõtinẽtib circa infirmos quos hz in cura ex negligẽtia. qꝛ ex negligẽtia nõbili vñ ſecutũ ẽ magnũ nocumẽtũ in infirmũ. vel ſeq põt: male potuit excuſari a mortali. Si vo parua negligentia: eſt veniale ut ſi nõ viſitat ifirmos ſollicite. ⁊ hi. vbi tñ ñ ẽ piculũ.

Si dedit medicinã vl' cõſiliũ p ſalute corporis in periculũ tñ aĩe pter que veniat qs ad peccatũ. i. ꝯt' pcepta: puta ut fornicet qs ut euitet certas ifirmitates: ul' medicinã dat pgnanti ad occidẽdũ pueꝝ p cõſeruatione mr̃is: vel potũ inebriantẽ ⁊ hi mortaliter peccat. ⁊ hoc phibetur. in. c. cũ infirmitas. ex de pe. ⁊ re.

Si ſeruauit pceptũ factũ medicis. ſ. q iducãt infirmos qñ pmovocantur ad viſitãdũ eos ad ꝯfeſſiõẽ faciẽdam qꝛ omittẽdo h' ſz doctores peccat mõtalr̃. ut. d. c. cũ ifirmitas. de pe. ⁊ re.

Si paupes ifirmos quos nouit non

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

valētes ſoluē non viſitauit gratis.qa
ad h̄ tenet̄ ⁊ etiā ſoluere ꝑ eis medi
cinas ſi pōt:alʼs mortale ē.vi.8ʒ.c.i.⁊
in glo.ſuper v̄bo inferas.
Si nimis larg⁹ fuit ad iducēdū debi
les.ad frāgēdū ieiunia eccl'ie ſine rōa
bili cā.qđ frequēt̄ faciūt: n̄ ē ſine pec
cato. Si v̄o etiā ſanis diſſuadet ieiu
nia eccl'ie dicēs nociua eē.⁊ ſic iducūt
ad frangendū ieiuniū ſine cauſa mor
tale eſt.de.pe.di.i.c.noli.
Si dedit medicinā dubiā ſanatiōis
uel mortificatōis vr̄ mortale:⁊ ut di
cit.c.cū infirmitas.ex̄ de pe.⁊ re.poti
us.dʒ dimitti i manib⁹ dei ꝙ exponi
periculo medicine.
De emulatōe v̄o ⁊ detractiōe quam
faciūt medici infrogādū ē ꝑut hēs.ſ.
De aromatarijs.
Si i ɔponēdis medicinis non
ponūt q̄ ordinat medic⁹ cuʒ
nō h̄nt:vl' ita bona ut ē necē
in q̄ offendūt medici non faciētes aū
ſe ɔponi.nā ſi ex h̄ ſeq̄t graue p̄iculū
infirmo.vel nō opat̄ ſanitatē quā fe
ciſſet ſi bn̄ feciſſet illam mortale eſt:⁊
etiā i medico ſi h̄ diſſimulauit.
Si docēt uel vēdūt ea q̄ ꝓcurāt ab
orſū ad illud faciēdū:uel vēdūt vene
na his quos credūt abuſuras morta
le peccatum eſt.
Si ſophiſticāt aromata:qđ frequēt̄
faciūt ponētes i eis vnū ꝓ alio:vl' in
electuarijs ſirupis ſpēb⁹ ⁊ ɔfectiōib⁹
i cereiſ faciētes malas mixturas ⁊ vē
dētes ꝓ puris: ꝙ vl' peccatū tn̄t ad
reſtitutiōʒ illis ad quos tales res vē
dit:ſeu erogare paupib⁹ cū icerti ſūt
De nimijs ptijs piurijs: ⁊ mēdacijs:
⁊ diminutis pōderib⁹ que faciūt int̄
rogādū ē ꝑut.ſ.i.c.de fraudulentia.
⁊ alijs vitijs in prima parte.c.i.
De mercatoribus campſoribus
⁊ proſonetis.c.7.
A Mercatorib⁹ cāpſorib⁹ ⁊ ꝓ
ſonetis q̄rēdū ē. Si miſit nō
ſolū arma ⁊ lignamia ſ; etiā
quecūq; mercimonia ad Alexādriā:
vel partes egypti:ul' terras ſaraceno
rū ſoldano ſbiectas excoīcat⁹ ē excoī
catōe papali:ſi nō habuit licētiā a pa
pa dicitur ꝙ Ueneti habent.
Si negociāt nō ꝓpt̄ aliquem finē ho
neſtū puta ſuſtētatiōeʒ familie ſue ex
lucro moderato:vl' ꝓpter ſuſtētatōʒ
paupeꝝ vel ꝓuiſionē eoꝝ ꝓ ciuitate
neceſſariorū ⁊ hi⁹:negociāt ꝓpt̄ aua
ritiā. ⁊ ad theſaurizandū ē mortale
peccatū ſi in lucro ɔſtituūt finē:vel ſi
intēdūt lucꝝ ꝑ fas ⁊ nefas ſi poſſunt.
Si cōpoſuit ſe cū alijs mercatoribus
ꝙ non vendāt de aliquo minori pre
tio ꝙ conuētum fuit inter eos:quod
eſt exceſſiuum.ut ſic cogātur perſone
emere caro pretio:peccatum eſt. ⁊ le
gibus prohibitū. hoſti.
Si vendūt merces ꝓ maiori precio
ꝙ valeant:⁊ ex eo ꝙ nō ſoluit fecit ei
terminū:ſed etiam mutuat ei pecuniā
aliquam:vſuram committit.
Si vendendo mercantias ſuas puta
lanam uel pannos recipiēdo pro pre
tio alia mercimonia puta ſericum ꝓ
aromatibus vel alia:quod vulgarit̄
dicitur barato multo maiori pretio
vēdit ſic ꝙ ſi recipet pecuniam pecca
tū ē iiuſticie ⁊ mortale.niſi ille cui vē
dit etiam lōge maiori pretio tradat
res ſuas:tūc poteſt vnus exceſſus cō
penſari cū alio.ſi ſunt quaſi equales.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

Si vẽdendo ad ťminũ plꝰ iuſto ꝑtio
vẽdit rõe dilatõis tm̃ ⁊ diuerſis ſpẽ
bꝰ cãbioꝝ ⁊ varijs mõis cãbioꝝ vſa
rũ ⁊ fraudulẽtiꝰ i q̃titate ⁊ q̃litate.
ṽſba reꝝ. Intrrogãdũ ẽ ꝑut hẽſ.s.i.c.
de vſurpatiõe rei aliene.

Si fraudauit uľ frandari fecˀ:uel aliꝰ
ꝓ eo iuſta pedagia ſeu gabellaſ mor
tale ẽ ⁊ tñť ad reſtõꝫ:ſecꝰ ſi de iiuſtl.
uľ cũ ñ teneť loca illa tuta a latrõibꝰ
ꝑpť q̃ȝ hec ſoluũť ꝑpť defectũ dñoꝝ

Si vedit falſas monetas uľ diminu
tas ſciẽť ꝓ bonis:uľ eas diminuit eſt
pctm̃ ⁊ teneť.ſecꝰ ſi accepit monetas
valentes i loco ꝓ eo q̃ȝ valẽt ibi:⁊
mittẽs ad aliũ locũ vbi plꝰ valẽt plꝰ
petit. Si faciẽs ſocietatẽ cũ alijs ñ fi
delr ſe hũit aliq̃ occľta luč ſibi ſoli re
tinẽs.tũc ad ſatiſfactiõꝫ tñť:niſi certꝰ
eẽt q̄ ſocij tãtũdẽ occulte ſbtraxiſſet

Si fecˀ ꝓ alijs ſecuritatẽ cũ fraudibꝰ
nã ſine fraude aſſecurare merces per
mare uel ꝑ terrã. ⁊ ide querẽ emolu
mẽtũ plꝰ nel minꝰ ſm̃ q̃titatẽ picli nõ
videť illicitũ cũ ſbſtet piculo magno

Aſſecuratio vȯ pecũie ꝑ modũ ſatiſ
factõis q̃ vulgariť dř ſcpta:vbi nul
lũ ẽ piculũ:⁊ dãnũ nõ ẽ tutũ: q̃tũ ad
cõſciẽtiã:ſecꝰ ſi ſibi ẽ piculũ ibi.

Si accepit pecuniã aliq̃ ſb noie dpo
ſiti rñdẽs ſex:uel octo ꝓ cẽtenario:⁊
cũ illis pecunijs lucrať ipe mutuãdo
vel alijs illicitl.ↄtractibꝰ ad rõem.io.
ꝓ cẽtenario ⁊ hiꝰ ↄmiſit duo morta
lia.vnũ ẽ accipiẽdo.aliud mutuando
⁊ teneť de vſura.

Si ſe itromiſit i barochoľ ritrãcolis
achaſinis:q̃ vocabula nõ declaro ob
breuitatẽ:ſ; ȯ hisvide i ſũma.li.z.ti.
quid malitie ſit i eis. achaſinũ dř qñ
q̃s gerit negocia ſtipẽdarioꝝ. Jdẽ ſi
dñoꝝ laborãs ꝓ eis.⁊ cũ mutuat eis
pecunias cũ expẽdit:recipiẽs iñ certũ
lucꝝ uľ ſalariũ.⁊ q̃tũ mereť labor ꝓ
iuſtis cauſ pȯt accipe.vñ ꝓ bellãtibꝰ
iiuſte nõ pȯt accipe rõne mutui nihil
plus.alˀs vſura eſt.

Si vſus eſt piurijs ⁊ mẽdacijs emẽ
do ⁊ vẽdẽdo q̃ ſolẽt eẽ hiſ cibis ⁊ po
tus. Et ȯ his dic ut.s.i pᵃ pte i locis
ſuis.⁊ cũ ſtat i tali ꝓpoſito vtẽdo mẽ
dacijs ⁊ piurijs ⁊ dolis qñ occurrẽt
ſemp ẽ in mortali. Vñ nõ eſt abſoluẽ
dus niſi diſponat abſtinẽ ab illis vbi
eſt mortale. Itẽ ſi emit res raptas:uľ
furatas per mare uľ ꝑ terrã. dic ut.s.
in ꝓma pte.c.z.

Si emit uľ vẽdidit diebꝰ feſtiuis abſ
neccitate ſ; ꝓ cupiditate:uel fecit rõci
nia libroꝝ uel fieri fecit ſuis diſcipulꝭ
dic ut hr̃.s. de obſuatõe feſtoꝝ.

Si fuit ꝓſoneta ſeu mediator qui dř
ſenſale cõtractuũ fraudulẽtoꝝ ſcienť
mortale ẽ.⁊ teneť leſo ſatiſfacẽ.

Si fuit mediator ↄtractꝰ vſurarij in
tẽdẽs vtilitatẽ vſurarij ⁊ ſuã magl.q̃
accipiẽtl.ſb vſa mortale ẽ ⁊ ſi ipe idu
ceret ad mutuãdũ alios ad vſas q̃ ſ;
nõ cogitabãt vř tenere ad reſtõnẽ.

Si mediator extat i alijs ↄtractibꝰ ut
vendẽdo domos eq̃s ⁊ alia aĩalia:⁊
male ↄſuluit emptori i eiꝰ dãnũ uľ ſui
vtilitatẽ ⁊ vẽditoris peccat mortalˀr
⁊ tñť leſo ad oẽꝫ ſatiſfactõꝫ.⁊ ecõuer
ſo teneť ſi i dãnũ vẽditoris ↄſuluit.

Si i ſiẽdis mrĩmonijs vtiť mẽdacijs
⁊ huiuſmodi i notabile dãnum cõtra
hentiũ peccat mortaliter.

De artificibꝰ ⁊ mechanicis.c.8.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

SI fecit artē cui⁹ op⁹ ē cū pec
cato: vel ad pctm̄ mortale.
ut plurimū ſic facē taxillos:
ſuire v farijs i illa arte. Militi i bel/
lo iiuſto. nauigio piratoꝝ. lenocinio i
tenēdo baratariā ⁊ hi⁹ opꝫ ꝙ dimit
tat ex toto artē. al's ñ ē abſoluēdus.
¶ Si artē fecit cui⁹ artificiū pōt eē ad
bonū ⁊ malū finem ⁊ vſū: ut gladios
baliſtas lāceas venena ⁊ hi⁹. ſi viſilit
pōt eſtimari ꝙ emptor velit ad ma
lū vſū: nō pōt facē vel vēdē facta: ut
puta in iiuſto bello ſecus ſi dubitat.
¶ Si qua etiā facit que ſūt ad malum
vſum quaſi ſemper ut facere fucos. ⁊
ſerta ⁊ h⁹modi debet dimittere.
¶ Si mēdacijs vtit piurijs dolis ma/
lis mēſuris vel pōderibus.
¶ Si feſtiuis dieb⁹ laborauit. ¶ Si nō ie
iunauit cū poſſet moderādo laborem
ꝺ qb⁹ dic. ut. ſ. i pᵃ pte. c. zz. ⁊. 9.

¶ De lanificibus.

SI vēdidit pānū lane lanifex
min⁹ ptioſe ꝑ pāno lane ma
gis ptioſe. ⁊ ſb iſto pcio vel
vni⁹ tincture ꝑ alia vel cū aliquē ꝺfe
ctū hñte ac ſi nō hr̄et nil minuēs de p
tio: vel ſi in feſtis fecit lanā tēdē ſine
neceſſitate. Uel cū nō plene ſoluit la/
borātib⁹ ⁊ hi⁹. i his. n. mai⁹ ⁊ minus
peccatū ſm materiā.

¶ De ſetariolo.

SI textorib⁹ ſerici ptiū ſui la
boris dat ñ i pecūia ſ i reb⁹
diuerſis: puta pāno ſerico tri
tico ⁊ hi⁹: ⁊ cū ille nō idigeat illis: oꝫ
eū vēdē miori ptio ꝙ̄ ille recepit: pec
cat mortalit: ⁊ tenet ad reſtonē de
dāno niſi a pncipio cū eo ſic ꝯuenerit
ꝙ daret de hi⁹ tali precio: tūc autem
non videtur deceptio.

¶ De tabernario ⁊ hoſpite.

SI vēdit vnā ſpēz vini ꝑ alia
vel liphatū vinū ꝑ puro: vel
ad clarificādū vinū fecit aut
miſit aliq nociua corpib⁹ vl' nō dedit
plenas mēſuras vl' in taberna tenuit
meretrices ⁊ ribaldos: vl' luſores ad
taxillos: vel aduertent dedit his qs
vidit iebriari peccauit i qbuſdā mor
talit. In alijs vō venialit ⁊ tenet de
dānis.

¶ De marcellario.

SI vēdidit carnes corruptas
ꝑ ſanis qd ē mortale: ſi vnā
ſpēz ꝑ alia ut caprā ꝑ caſtra
to. ⁊ h⁹modi: vel diminutū pond⁹. ut
ii. vncias ꝑ libra peccauit mortalit:
⁊ tenet de dānis.

¶ De piſtore.

SI fecit panē nimis pōderoſū
ita ꝙ emētes ſint decepti vl'
mioris pōderis ꝙ̄ dꝫ: vel fa
rinā bonā alti⁹ accepit cū fecit panē
⁊ poſuit min⁹ bonā: vl' cū nimio fur/
fure peccauit ⁊ tenet ſatiſfacere.

¶ De ſutore pānoꝝ.

SI qd reſtat ſibi de ſerico vl'
pāno uel tela: vel alijs ſibi
datis ꝑ fiēdis veſtib⁹ ſibi fu
rat illud ſi ſit qd notabile: niſi ille di/
minute dediſſet ſibi mercedē laboris
⁊ illud capit ſibi ad ſupplendū tantū
vel vbi eſſet in pacto.
¶ Si noctibus vel diebus ſolennibus
abſq magna neceſſitate laborat: vel
ſi faciat nouas inuētiones vanitatū.

¶ De aurificibus.

SI vtit vel ſi vēdit auꝝ vl' ar
gētū archimiatū ꝑ vero: vl'
auꝝ min⁹ puꝝ ꝑ magis pu/
ro peccat ⁊ tenet de damno. ¶ Si emit

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

calices ſacros nõ cõflatos p ſe qđ ꝑ
hibetur. De cerdonib⁹.
Si vẽdidit vnã ſpẽm corij p
alia min⁹ bona i ſutularib⁹
De fabris.
Si ferꝝ p calibe vl' malũ ferꝝ
De locatorib⁹ equoꝝ.
Si ſcieñ locauit equũ defectu
oſũ vel piculoſũ ⁊ hi⁹ qlibet
tenet vl' pctm̃ de dãnis: et
ſic diſcurrẽdũ ẽ p alias artes.
De hyſtrionib⁹.
Si hyſtrio fecit repñtatões ⁊
iocos ĩvbis ul' factis turpia
ɔtinẽtes ul' i eccl'ijs: vel i di
uinis officijs vel tẽporib⁹ indebit' ẽ
pctm̃ pl⁹ vel min⁹ grãue ſm q̃titatẽ.
De cytharizãtibus.
Si muſic⁹ cytharizauit ad cõ
gregatiões illicitas: vel i ec
cleſia i orgãis pulſauit balla
tas puto mõtale. i pulſãte ⁊ pcurãte.
De ſeruitorib⁹ ⁊ laboratoribus.
Si ifidel'r opati ſũt. i. ñ bono
mõ ex icuria ⁊ negligẽtia vl'
nõ tãtũ q̃tũ ɔmode potuert
pctm̃ ẽ. De agricolis ⁊ ruſticis.
Si credit explicite myſteria q̃
coit' ſolẽnizat eccl'ia: ut icar
natõez paſſiõz ⁊ reſurrectiõz
Si ſcit dñicã orõnẽ. De obſuatiõe fe
ſtoꝝ ⁊ ieiunioꝝ ſi tñ pot. De auditõe
miſſe i feſt'. De ɔfeſſiõe ⁊ coione ſel'
i ãno ſiẽda. Si recepit ſacrm̃ ɔfirma
tionis. vel non qꝛ tenet ſi poteſt.
Si tenuit ꝓprios filios ad baptiſmuꝫ
vel ɔfirmatõez qđ ẽ ꝓhibitũ. De mẽ
dacijs vo ⁊ piurijs ⁊ blaſphemijs ⁊
ebrietatib⁹ infroga. Si ad mẽtrices
acceſſit: qđ aliq nõ credũt eẽ mõtale.

nec tñ talis igrãtia excuſat eum.
Si decias ñ ſoluit ſaltẽ ſm ɔſuetudi
nẽ loci illi⁹. qꝛ peccauit ⁊ tenet ſatiſfa
cẽ đ pñito ſi ſacerdos ñ remittit vl' ẽt
oblatiões ſꝫ ɔſuetudinẽ loci ñ dedit
Si đ excoicatõe ñ curauit: ſ igeſſit ſe
diuis: ul' ɔtẽpſit vitar' excoicatos qđ
eſt mortale pctm̃. Si nocuit p ſe vel
p familiã ſuã ul' aialia: puta diſcurrẽ
do p ſata alioꝝ ul' mittẽdo ul' pmit
tẽdo aialia itrar' ad paſcẽđ: ul' ſi mu
tuauit t'mios poſſeſſionũ. Ul' arãdo
adunat đ t'ra ꝓximi vicini agro ſuo i
his peccauit ſꝫ q̃titatẽ dãni qđ iten
dit facẽ. ⁊ tenet ſatiſfacẽ. Si dolum
ɔmiſit i agricult'a vl' nõbilẽ negligen
tiã i dãnũ ꝓxi ut ñ ſimãdo t'ras ul'
cultiuãdo ul' ſeminãdo vel recolligẽ
do fruct⁹ debito tpe ꝓꝑ qđ ꝑierũt
vel boues nimis fatigãdo: vñ deſtru
ũt. ⁊ pcipue ad lucꝝ hñdũ ſuũ peccat
⁊ tñt de dãno. Si tenẽs poſſeſſiõez
ad affictũ male t'ctauit. Ul' ſi ptiari⁹
nõ rñdet dñis de q̃titate tota đbita
fingẽs ſe min⁹ recollegiſſe tñt dñis đ
dãnis. Si aialia tenẽs ad ſoccidã nõ
rñdꝫ ex integro dãti đ lana caſeo ⁊ fe
tib⁹ ⁊ hi⁹. In his ẽ peccatũ mortale
vl' veniale ſm q̃titatem dãni ⁊ tenet
ſatiſfacẽ. Si dieb⁹ feſtiuis laborauit
⁊ pcipue tpe meſſiũ ⁊ vindemiaꝝ abſ
magna nccitate: uel detulit ligna: vel
victualia dñis ſuis mortale eſt. Si
vacauit ludis choreis ⁊ alijs vanita
tib⁹. Si gubernauit failiã ſm pcepta
dei ⁊ eccl'ie. De ſupſtitionib⁹ ⁊ falſis
opinionib⁹ q̃ ſolẽt abũdare i eis. Si
hꝫ vota q̃ ipleuit vel non.

De pueris ⁊ puellis. c. i.

Ingredũ eſt de mẽdacijs ⁊

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pıurijs. De votis nō ipletis q̄ tñ ñ obli
gāt ſi irritāt a pētib⁹ añ ānos puber
tatis. De miſſa nō audita i feſtis. De
cōfeſſiōe ⁊ cōione fiēda ſemel in āno
De irreuerentia ad pentes uel maio/
res. De rixis. Si vberauit clericū. q̄ꝛ
eſt doli capax excōicat⁹ ē. De furtis.
factis. ō reb⁹ pentū vel mgroꝝ ſuoꝝ
De detractiōib⁹ ⁊ turpib⁹ v̄bis audi
tis uel dictis libēter. De contumelijs
adiuicē. De iuidia ⁊ alijs ꝑut videt̄
pl⁹ ⁊ min⁹ ƀ etatē ⁊ ſenſū: ꝑcipue de
vitijs carnalib⁹ cū maſculis ⁊ femis
uel p ſeipſos cōmiſſis. uel adinuicē q̄
hodie abūdāt in ipſis ꝓp̄ malas ſo/
cietates ⁊ occultāt. Jnterrogādi ſūt cū
magna cautela ⁊ a lōge ut ñ addiſcāt
q̄ igrāt. Multo magis hoc ſuādū ē
erga puellas de oīb⁹ p̄dc̄is ſi credūt
tūc habuiſſe vſū rōnis iudicādū ē de
mortali aut veniali ƀ regulas i p̄ma
⁊ 2ª pte. de illis.

De clericis i cōmuni. c. ii.

Circa clericos in cōi. a quolꝫ
clerico pōt interrogari cuꝫ vı̄
expedire ut qñ talis clericus
ē ignot⁹. Si accepit aliquē ordinē p
ſymoniā. q̄ꝛ p h̄ peccauit mortalit̄: ⁊
eſt ſuſpēſus ƀ iura ātiq̄. nec pōt exeq̄
ſuſceptū ul' pmoueri vlteri⁹: niſi p⁹ p
papā diſpēſet̄ q̄ð v̄m ē ſi ip̄e fuit cō
ſci⁹ ſymōie: q̄ꝛ ſi igrāte eo pōt p aliū
etiā diſpēſari. al'r. n. ſp peccaret mor
talit̄ exequēdo: nec excuſat eū iuris ig
rātia. Hec Raymūdus. Si accepit
aliquē ordinē: lꝫ nō p ſymoniā: tñ a ſy
moniacō in ordine uel dignitate: ſiue
occulto ſiue manifeſto eſt ſuſpēſus: ⁊
indiget diſpenſatiōe pape: ƀ dū igrat
factū. ſ. eū eſſe ſymoniacū excuſatur a
pctō exequēdo officia ſua: ƀ cū certi
ficat̄ nō pōt exeq̄ ſine diſpēſatiōe. Si
ſuſcepit ordinē a ſymoniaco i ordie
ꝯferēdo: uel bñficio notorio ſimiliter
ē ſuſpēſus: ſec⁹ ſi ſymōia ñ ē notoria
dū vō neſcit excuſat̄ mō p̄dicto: ƀ nō
poſtea qñ certificat̄: ƀ idiget diſpēſa
tiōe pape. al's nō pōt exequi. Ray.
Si recepit ordinē hñs aliquā irregu
laritatē ut hōicidij mutilatōis illegi
timatōis. ⁊ hi⁹: ſi abſq̄ diſpēſatione
peccauit mortalit̄: nec pōt exeq̄ abſq̄
diſpēſatiōe: al's peccauit mortalit̄.
Si recepit ordinē excōicat⁹ ul' ſuſpē
ſus ul' interdict⁹ peccauit mortal'r ⁊ nō
hꝫ executiōem. Si exeq̄t officiū alic⁹
ordis ut cātādo ep̄laꝫ ul' legēdo euā
geliū ut dyacon⁹ i aliq̄ p̄dcoꝝ irreti
tus ſnīa peccauit mortal'r niſi igratia
facti eū excuſet. ⁊ ē irregularis. Ray
Si accepit ordinē i aliq̄ peccato mor
tali: ſciēter peccauit mortalit̄. ⁊ q̄tieſ
cūq̄ exeq̄t officiū alic⁹ ordinis i mor
tali ut accolitatū ſbdiacōatū diacōa
tū miſtrando aliq̄ð ſacr̄m ſolēnit̄: ut
baptizādo coicādo ꝯfeſſiōes audien
do ⁊ hi⁹. tho. mortale ē. Si extitit pu
blic⁹ ꝯcubinari⁹ uel al's notori⁹ for
nicator ē ſuſpēſ⁹ ab executiōe officio
rū ſuoꝝ: ꝑcipue a celebratōe miſſe. ⁊ ſi
exeq̄t ſic ſuſpēſ⁹ efficit̄ irreg'aris. idi
gēs diſpēſatōe ꝑp̄e al's ñ pōt exequi.
hoſt. Si ñ portauit tōſurā ex leuita/
te ⁊ laſciuia mortale vr̄. Si ſe exercu
it i negocijs ſeclarib⁹ negociādo ⁊ hi⁹
vel ſi tenuit tabernas ibi miniſtrans
Uel ſi luſit ad aleas ⁊ taxillos: vel ſe
imiſcuit enormitatib⁹: vl' turpib⁹: vel
tripudijs cū femis. Si vſ⁹ ē offi⁹ or
dinū ſiñ debitis ornamētis ut faciēdo

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſbdiaconatū ſine manipulo diacōatū
ſine ſtola celebrādo miſſaȝ cū defectu
alicui⁹ ſacre veſtis ordinate.ſ.caſula
amictu alba: ⁊ hi⁹: vł nō etiā i lapide
ſacrato: aut etiā ſine lumie vł ſine ad
iutorio: ⁊ ſine miſſali: ⁊ hi⁹. qꝛ in quo
libet hoꝝ ē mortale peccatū ſi ſciēter
dimittit: nec excuſat iuris ignorātia.
Si exñs in ſacris i ſbdiaconatu: ⁊.ſ.
omiſit horas canonicas: qꝛ in quolibꝫ
die q̊ omiſit aliquā horā etiā btē vgi
nis cū poſſet peccauit mortalit. Si
ex negligētia omiſit: ſec⁹ ſi ex obliuio
ne ⁊ tūc tenet dicē qñ recordat: aut ſi
omiſit ex ipote^a ifirmitatl. ⁊ hi⁹ ō cā.
Si dicendo horas aliȷ̃s exercitiȷ̃s ſe
occupauit manualib⁹: ut faciēdo coq
nā ⁊ hi⁹ videt mortale: qꝛ nō ſatiſfac
pcepto eccłie. Si mētē circa alia va
gat volūtarie ñ curās: ⁊ ſic q̈i p totū
officiū vr mortale: ſec⁹ ſi ꝓponit velle
attēdē. ⁊ diſtrahit: ꝫ cū auertit diſ
plicꝫ ei Petr⁹. Si rcepit ordinē ſacꝝ
añ etatē legitimā.ſ.ſbdiacōatū añ.18
ānos. Diacōatū añ.20. ⁊ ſacerdotiū
añ.25. ⁊ ſufficit ān⁹ ichoat⁹ peccauit
mortalr: nec dꝫ exeq āte etatē legiti
mā: ſi tñ faciat nō efficit irregularl. ꝫꝫ
cōeȝ opinionē: ꝫ peccat. Si ſacerdos
exñs omiſit aliq̃ ſymoniā puta audi
endo confeſſiōes p hñdo pecuniā: alś
nō auditur⁹: baptizādo coicādo iun
gēdo vēdēdo ſeplťas ⁊ hi⁹ mōtale ē
Si i ꝯfeſſiōe coione vł i collatiōe ſa
cramētoꝝ omiſit debitā māȝ: vel for
mā vel ritū in q̊libet hoꝝ eſt mortale
ſiue ex certa ſcia facit: ſiue ex igrātia
craſſa vel notabili negligētia: nā ide
ſeqt magnū piculū ⁊ irreuerētia dei.
Interrogādū eſt.n. de formis.ſcꝫ ba
ptiſmi eucharíſtie ⁊ aliorū ſacroꝝ q̃
ſūt maioris pōderis: ſi ſciūt eas quas
hēs ifra.c.vltio. Si notoriȷ̃ſ peccato
rib⁹ dedit euchariſtiā: vel alia ſacra
mēta nō penitētib⁹.
Si occultis peccatorib⁹ q̊s ipſe ſciuit
denegauit publice euchariſtiam: vel
alia ſacra: qꝛ i vtroqꝫ videt mortale.
lꝫ etiā ipſi peccēt petēdo ⁊ ſumēdo.
Si celebrauit cū mortali nō cōfeſſo:
lꝫ ꝯtrit⁹ mortalit peccauit: niſi aliq ne
ceſſitate iſtāte. ⁊ ſacerdotiſ copiā nō
hñte tūc ſufficit ꝯtritio: ꝫ ſi ſiñ hac ce
lebrauit mortalit peccauit Tho. Si
celebrauit nō dcis matutinis mōtale
ē. Si dicēdo miſſaȝ nō ꝯſecrauit: pu
tās ex hoc euadē peccatū mortale eſt
⁊ gͧuiſſimū. Si celebrauit ad faciēdū
veneficia ſeu maleficia. Si ñ dixit ex
integro ꝫ dimiſit nōbiles ptes miſſe:
ex igrātia ſeu feſtinatōe pcipue cano
nis. Si dicēs vba nō itēdit ꝯſecrare
Si nō ſūpſit ſacrm. Si nō ieiun⁹. Si
plures miſſas i vna die dixit in caſu
non cōceſſo. Si nō i azimo ꝫ fermēta
to accipit. Si cū hoſtia quaſi corru
pta: vel vino acetoſo: vł q̃ſi putrido
Si ſp in miſſa occupatus i variȷ̃s co
gitatiōib⁹ volūtarie: vł nō curās fuit
de attētiōe. Si nō poſuit aquā cū vi
no i calice ex ignorātia vel certa ſcia
iu q̊libꝫ hoꝝ pdictoꝝ eſt mortale. Si
nō diligēter ſeruauit euchariſtiaȝ ſb
ſera. ꝓpt qd aliqd pdit: vel a murib⁹
deuorat. Si nō defert infirmis apte
⁊ cum lumie mō debito. Si euomuit
ſacramētū ꝓpt ebrietatē: vel ex vora
citate. Si nō renouauit ut dꝫ ꝓpt qd
efficit putrida vł marcida: uł vmes
generant. Si dedit infirmo patienti

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

vomitũ ſciẽter. Si ſtilla ſanguinis ca
dit in terram: ⁊ in his frequenter eſt
mortale: lȝ nõ ſemp. Si nimiſ raro ce
lebrauit. pcipue ſi nõ celebrauit ĩ ma-
gnis ſolẽnitatib⁹ videt̃ mortale ſm
Tho. Si pmiſit alicui dicẽ miſſas re
cipiẽs elemoſinas: ⁊ nihil intẽdit facẽ
videt̃ mortale. Si hñſ pollutionẽ no
cturnã die pcedẽti imediate ex cã vbi
fuit mortale: vel dubitat fuiſſe morta
le celebrauit etiã ꝯfeſſus videt̃ mõta
le ſm Tho. vel ſm Pe. de pal. qñ ſic
ĩcõtrit⁹ accedit ad celebrãdũ: veniale
autẽ ſi ex cã vbi fuit veniale: niſi ſbſit
neceſſitas. Si audiuit cõfeſſionẽ ali-
cui⁹ nõ hñs auctem ab aliq: ſi abſol
uit a caſib⁹ a qb⁹ nõ potuit: ut a reſer
uatis ſiue ex certa ſciẽtia: ſiue ex igno
rãtia craſſa. Si intromiſit ſe de diſpẽ
ſatiõe votoꝝ: vel abſoluit ab excoĩ-
catiõe maiori abſqꝫ ſpãli cõmiſſione.
Si poſuit ſe ad audiẽdũ confeſſiões
oĩo igñrans ⁊ neſciẽs diſcernere inter
mortale ⁊ veniale ⁊ cõia mortalia: ẽ
mortale. Si abſoluit quem ĩuenit ex
coĩcatũ maiori: ⁊ a peccatis. qꝛ nõ po
teſt. Si abſoluit eũ q nõ vult a pecca
tis diſcedere vel ſatiſfacere qbus dȝ.
Si reuelauit peccatũ auditũ in con-
feſſione cognoſcẽti confeſſũ illũ ſine li
centia illius: in quolibȝ pdictoꝝ vide
tur mortale: nec excuſat ignorantia.
Si nimis feſtinauit in audiendo nõ
ſufficiẽter interrogãdo.
Si ĩ pplexis caſib⁹ pitiores nõ cõſu
luit. Si ĩcaut⁹ ĩ iniũgẽdis penitẽtijs: qꝛ
vel nimis graues. vel nimis paruas
dedit. Si interrogauit de his de qb⁹
non debuit. vȝ nomẽ pſone cum qua
peccauit: vel ĩncaute in turpibus.

Si pdicauit in peccato mortali exñs
peccauit mortaliter: ⁊ totiẽs qtiẽs ſic
pdicat. Tho. Si pdicat aduertenter
mẽdacia mortale ẽ. Tho. Idẽ videt̃
ſi ſcãdaloſa: vñ cõcitat ſeditiões ĩ po
pulo. Si pdicauit indulgẽtias indi-
ſcretas. Si pdicauit ꝓpter pecuniam
ſibi pmiſſaȝ vł dãdã ſymonia ẽ. vñ ⁊
mortale. Si pdicat ꝓpt̃ inanẽ gł̃iam
ibi ꝯſtituẽdo finẽ mortale ẽ. Si pdi
cauit ſine licẽtia. Si dixit nimis curi
oſa allegãdo poetas ⁊ phõs freqũet̃.
Si fabuloſa ⁊ puocãtia ad riſũ: ſi ab
h⁹mõi ſe nõ ſbtraxit cũ poſſet: ⁊ iiun
geret̃ ei peccauit. Si nimis familiari.
eſt cũ mulierib⁹ ꝯuerſando viſitãdo
eas ex̃ nccitatẽ ꝓpt̃ qꝺ mł̃ti ſcãdalizã
tur. ⁊ ipe nouit h⁹ poſſet eſſe mortale.
Si viſitauit mõaſteria ⁊ q̃ de cã. Si
coguit carnalit̃ illã quã audiuit in cõ
feſſiõe: vel quã ſuſcepit ad baptiſmũ
vel cõfirmatõȝ cõmatrẽ qꝺ maximũ
⁊ grauiſſimũ ẽ ſcelus coĩt̃ reſeruatũ
epis. De alijs vͦ ĩhõeſtatib⁹ interroga
put videbit̃ expedire. Si veſtes ſa-
cras calices ext̃ſoria ⁊ alia ptinentia
ad cł̃tũ diuinũ nõ tenuuit mũda ⁊ de
cẽter aptata ꝓpt̃ magnã irreuerentiã
poſſȝ eẽ mortale. Si bñdictiõeȝ mẽſe
⁊ graꝝ actiões nõ dixit q̄ dicẽ debȝ
44. di. c. nõ licet. Si nõ fuit bñ mode
ſtuſ aſpectu aſpiciẽdo hicide mł̃ieres
⁊ vana qꝺ mł̃tũ ſcãdalizat pſonas ſi
militer in inceſſu ſtatu hı̃tu auditu. ⁊
h⁹mõi actib⁹. Si non obediuit man
datis iuſtĩ. ſuoꝝ ſupioꝝ ⁊ ſentẽtijs: ⁊
ſi ꝯtẽpſiſſet mortale ẽ. De alijs vero
peccatis mortalib⁹ de qb⁹ hẽs in pri
ma ⁊ ſecũda pte. ſ. Interrogandum eſt
put expedit ſm qualitatẽ pſonarũ.
De

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

48.

¶ De bñficiatis canonicis. c. 12.

A Beneficiatis canonicis. De omnib⁹ iã dictis i. c. pcedēti. poſſunt interrogari put credi poteſt ipſos in illis eſſe inuolutos: ꝛ etiã de notatis in hoc. c.

Si bñficiū ſimplex ſiue curatum obtinuit p ſymoniã cui⁹ ipe fuit ↄſci⁹: nõ põt niſi p papã diſpēſari q retineat

Si võ ignorāte eo ſiue ſciēte: ſymoniam ↄmiſit talē oȝ renūciare tali beneficio: ſi nõ diſpēſat. alr̃ furtiue tenȝ. vñ cõtinue ſtat talis in peccato mortali poſtq̄ hoc ſciuit: quſq renūciet: nec facit fruct⁹ ſuos. ꝫ tenet reſtituere d ductis expēſis factis ĩvtilitatē bñficij ꝛ hoc maxime de ſymonia p munus a manu. Si autēȝ ignorāte eo poſſet etiã p aliū diſpēſari ñ tñ p eū cū quo cõmiſſa ē. Sed ſi ſymonia ē notoria eſt etiã ſuſpēſus quo ad executioneȝ ordinū: ꝫ diſpēſari põt p epm ſi cū eo nõ ē cõmiſſa ſymonia. nõ ãt ſi ē occulta ē ſuſpēſus q̃ ad ordines: ꝫ dū tenȝ tale bñficiū ē ſuſpēſus q̃ ad ſe: q̄ ſine mortali pctõ non exequi poteſt.

Si recipit bñficiū ſimplex vel curatū p pces carnales. i. pro indigno porrectas cū eēt male vite ꝛ hui⁹modi: uel per obſequȝ tpale factuȝ epo: uel alij ↄferēti peccauit mortaliter.

Si bñficiū curatū p pces ſuas recepit etiã ſi alr̃ dign⁹ ſit: q̄ tales pces eſtimāt p indigno: tanq̄ ãbitioſo: ꝛ pſūptuoſo cõmiſit ſymoniã: vñ mortale eſt ſm Tho. forte tñ tenet renūciare.

Pro bñficio aūt ſimplici licet porrigē preces pro ſe ſi alr̃ ē dign⁹: vel etiam pro bñficio in generali: ꝛ h̃ intēdens ad ſui ſuſtētationē: nõ ad curam nec magis curatū petēs q̄ aliud.

Si querit uel hȝ bñficiū non intēdēs clericari ꝫ vxorari. ꝛ intēdēs gaudē de fructibus bñficij videt vſurpatio rex eccl'iaꝝ: ꝛ cõn intētionē dotātiū eccleſias. Et ideo graue peccatū eſt.

Si non fuit electus a patronis: uel a collegio. ꝛ ↄfirmat⁹ p ſupiorē ad quē ſpectat ſiue p epm inſtitut⁹: ꝫ d mandato: vel manu dñi tpalis: ul p potētiã accepit: ꝛ dr̃ intruſus. q̄ fur eſt: ꝛ latro: nec põt aliqd diſponē in tpalibus vel ſpũalib⁹. vnde nec abſoluere nec ſacramēta põt dare parrochianis illi⁹ eccl'ie: ꝫ in quolibet huiuſmõi actu peccat mortaliter.

Si renūciauit alicui bñficio quod hȝ eo pacto q̄ det cõſanguineo: vel ppt pecuniã ſibi ppt h̃ datã ſymonia ē: ꝛ mortale in vtroq̄ȝ. nec põt iſte ſibi retinere tale beneficiū ſic ſibi collatū.

Si pmutationē ſui bñficij: vel eccl'ie fecit cū beneficio alteri⁹ ↄueniēdo int̃ ſe abſq iudicio ſupiorȝ ad quos ſpectat collatio beneficioꝝ ſymõia reputatur. de his vide pleni⁹ in ſūma.

Si recepit beneficiū exñs illegitimus abſq diſpēſatiõe q̄ contra iura: ideo tenere non põt. Põt aūt cū eo diſpenſare de ſimplici bñficio eps. De curato võ vel dignitate ſolus papa.

Si fuit elect⁹ p ſymoniã nõ vȝ electõ vel ſi ipſe aliquē elegit p ſymoniã: vl ad epatū uel canonicatū uel ad aliam eccleſiã: ut clerici collegiataꝝ eccl'iaꝝ: uel ſi alr̃ indignū ignorãtem ꝛ publice malū elegit ad platurã ex amicitia ꝛ huiuſmodi. mortale ꝛ grauiſſimū eſt ꝛ oĩa mala q̃ ſequūt ei imputāt.

Si male tractauit bñficiū ſeu eccleſiã



110

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

pmittēs ecclesiā vel edificia ruere:ul' poſſeſſiōes incultiuari: ⁊ alias res ꝺ perire mortalit' peccauit ⁊ tenet' ad restōnē ſeu ſatiſfactiōꝫ.ſi ꝯmittit nō bilē negligētiā:⁊ ꝺānū ſit nōbile.

Si fruct⁹ beneficij nō bñ expēdit:vꝫ vltra ſbuētionē ſuā ſubueniēdo pauperib⁹:ſed ꝺilapidauit ī conuiuijs. ⁊ turpib⁹:vel etiā ꝺedit cōſanguineis nō indigētib⁹ mortale ē:ſec⁹ ſi cōſanguinei indigēt:qꝛ tunc pōt ꝺari eis.

Si plā bñficia hñtia curā tenet abſqꝫ ꝺiſpēſatiōe fur ē ⁊ latro.nam habēs bñficiū cū cura ſi recipit.ſecundū cum cura ipſo iure vacat pmū.c.ꝺe multa ꝺe preben.ex͞.⁊ hoc poſtqꝫ habuit pacificā poſſeſſionē ſecundi:vel hr̄e potuit:⁊ fruct⁹ ei⁹ pcepit.al' non vacat pmū.vꝫ ſi fruct⁹ ſecūdi bñficij ꝯcedūt' alteri p papā ꝓ illo tempore non vacat pmū.ex͞ ꝺe pbē.li.6.c.ſi tibi ꝯceſſo. Si hñs pbēdā hñtē ꝺignitatē⁊ ſi nō curā aīaꝝ:ſi recipit ſecundā ſil'iter vacat pma.ex͞ ꝺe pben.c.ꝺe multa. ⁊ in iſto caſu ⁊ in pori teneṫ ad reſtōnē fructuū ſi recepit.

Si hñs bñficiū vnū violēter occupat ſecundū:vel ſi ſcient' ſe intrudit ſil'iter perdit pmū.⁊ ſi qꝺ hēbat ius ī ſecundo etiā pdit.⁊ vacat illud ſecūdū.ꝺe pbē.c.eū q.li.6. Itē nō pōt qs habere ꝺignitatē cū pbēda abſqꝫ ꝺiſpenſatione pape

Quicūqꝫ recipit pſonatū:vl' ꝺignitatē vel officiū:ul' bñficiū:cui cura aīaꝝ ſit ānexa ſi ante obtinebat ſil'e.cum ſit puat⁹ pmo ut ꝺictū eſt:ſi nō ꝺimittit pmū abſqꝫ mora in man⁹ ordinarij in cui⁹ epatu eſt ipſo iure eſt etiā puat⁹ ſecūdo:⁊ ē inhabilis ad ſacros ordines:⁊ ad quodcūqꝫ aliud bñficiū p ex͞ uagātē Iohis.22. Itē abſqꝫ ꝺiſpenſatione nō pōt qs tenere plures eccleſias ul' pbēdas que tñ nō hēant curā animaꝝ niſi in qnqꝫ caſib⁹. Primus qñ ſunt ita tenues qꝫ neutra illaꝝ ſufficiunt ad ſuſtētationē. Secūdus ſi vna ꝺependet ab altera. Terti⁹ ꝓpt' raritatē clericoꝝ. Quart⁹ ſi eccleſia ē ānexa pbēde uel ꝺignitati. Quītus ſi hꝫ vnā intitulatā ⁊ aliā cōmēdatā:ſ; tal' cōmēda ꝺe ꝓchiali ecc'lia fieri non pōt niſi ei q attigerit vigeſimū qntuꝫ ānū:⁊ ſit ſacerdos.⁊ tali nō pōt ꝯmitti niſi vna ex euidēti nccitate uel vtilitate.⁊ ꝺurat niſi p ſex menſes.ex͞ ꝺe elec.c.nemo.in.6. Si hꝫ plures eccleſias uel pbēdas hñtes curā aīaꝝ abſ ꝺiſpenſatione pape fur eſt ⁊ latro:⁊ continue in mortali: nec epus poteſt ꝺiſpenſare in hoc.

Si etiā habet p ꝺiſpēſationē pape: ſ; ſbrepticie:puta qꝫ petēdo vnū tacuit ꝺe alio qꝺ habebat:vel ꝺixit ſe habere legitimā etatē cū nō hr̄et: ⁊ huiuſmodi idē iudiciū ē. Si p ꝺiſpenſatione epi hꝫ plura bñficia ſ; ſimplicia: ſ; ad ſupfluitatē vel etiā p ꝺiſpēſatione pape ſimplicia vl' curata cū vnū ſibi ſufficeret ſm ſtatū ſuū nō videt' tutus in cōſcia ſua.qꝛ ꝺiſſipatio eſt.⁊ ñ ꝺiſpenſatio.

Si accepit eccleſiā ꝓchialē a quocūqꝫ cū nō attigiſſꝫ.25.ānū abſ ꝺiſpēſatōe pape circa etatē nulla ē ꝺiſpenſatio:⁊ nullū ibi ius habꝫ.c.lꝫ canon. ꝺe ele.i.6. Si īfra ānū ꝯputādū a ꝺie aſſigtiōis ſibi regimis ecc'lie non fecit ſe ad ſacerdotiū pmoueri:ē ipſo iure puat⁹.eo.c.lꝫ canon. Itē tnt' pſonalit'

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

reſidere in reſidētia. Pōt tñ epus cā
rōnabili diſpēſare ad tpus tm̄. Sed
de ꝓmotiōe ad ſacerdotiū infra ānū
nō extendit ad eccleſias collegiatas
hñtes curā: nec ad aſſūptos ad earū
dem regimē. de elec. c. ſtatutum. li. 6.

Poſſunt etiā epi diſpēſare cū ipſis q
hñt: uel habebūt eccleſias ꝓchiales
ut vſqꝫ ad ſeptēniū litteraꝝ ſtudio inſi
ſtentes ꝓmoueri nō teneāt niſi ad or
dinē ſbdiaconatꝰ: quē niſi īfra ānū ſu
ſcipiāt ſunt ipo fco ꝓuati tali bñficio
ꝛ medio tpe per vicarios illis eccl'ijs
ꝓuideat de elec. li. 6. c. cum ex eo.

Si hñs quodcunqꝫ bñficiū ſimplex: ꝛ
qtūcunqꝫ puū niſi dicit horas oī die
peccat mortalit omittēdo ex neglige
tia etiā ſi nō ſit in ſacris ꝯſtitutꝰ.

Si canonicꝰ vel aliꝰ clericus recipit
quotidianas diſtributiones q dant
in eſſentibꝰ horis cū non interfuerit
furtū cōmittit ꝛ tenet ad reſtōnem.

Si cū nō poſſit p ſe curā exercere ec
cleſie non poſuit ibi loco ſui idoneū q
bñ officiaret ſꝫ malū ꝛ igrantē qui ex
ſuo malo ſcandalizat. ut notorius for
nicator ꝛ luſor ꝛ huiuſmodi: uel q ne
ſcit miniſtrare debite ſacramēta ꝛ cō
feſſiones audire peccat mortalit. qm̄
omnia mala que ſequūt ei imputat.

Si vere nō pōt inuenire idoneū p ſe
exerceat: uel ſi nō pōt aliter ꝓuidere
renūciet.

Item nō licet prelato ſb pretio ul' an
nuo cenſu ꝯcedē vices ſuas ſeu iuriſ
dictionē quia ſpūale eſt. ex ne prelati
vices ſuas. c. i. z. ꝛ. ʒ. vꝫ ſi dicēt. cōce
do q exerceas vices meas: ul' talē iu
riſdictōꝫ. ꝛ totū lucꝝ ſit tuū. ꝛ dabis
inde mihi tātū: illicitū ē. ſꝫ ꝯmittēdo
pure vices ſuas licꝫ ꝯſtituere ei ſala
riū. iz. q. z. c. caritatē tuā. vꝫ dicēdo
dabo tibi tātū ꝓ ſalario tuo. ꝛ totū
lucrū erit meuꝫ. Inno. hec. Si aliena
uit res eccleſiaſticas. vꝫ mobilia bōa
ut res ſacras uel imobilia. ut poſſeſſi
ones ſine neceſſitate: uel maiori vtili
tate: uel nō ſeruata forma iuris ꝛ hꝰ
modi grauiter peccauit.

Item de exercitio cure animaꝝ quō
ſe habuit in audiētia ꝯfeſſionū: i col
latiōe alioꝝ ſacramētoꝝ: i viſitatiōe
infirmoꝝ. precipue ne deficiant eis ſa
cramenta cum expedit. In admoniti
one ſubditoꝝ. in correctione vitiorꝫ
ꝓcipue quo ad notorios peccatores:
ꝯcubinarios: tenētes inimicitias: ꝛ hu
iuſmodi.

Si nō āmouit nō cōfitētes: ꝛ nō con
municātes ānuatim quātū potuit ſi
gnificando epo cū non potuit. ꝛ huiꝰ
modi. nā oues ex negligentia perdite
ab eo regrēt. de quibꝰ ꝛ alijs ſupra
dictis ꝛ huiuſmodi habes ſatis i ter
tia pte ſūme.

Si alienos ꝓchianos audiuit non
hñs auctoritatē ſpālē: ipſe uel ipſi. qꝛ
non pōt eos abſoluere.

Si emit aliquas res imortales ď fru
ctibꝰ eccleſie: qꝛ tales debēt remanere
eccleſie. vnde ſi emit nomine alterius
ut ſic poſſet dare. ꝛ legare cui vellet
fraus ē ꝛ furtū: ꝛ ad reſtōꝫ tenet.

Si indulgētias per ſe dedit cum nō
poſſet. vel plures dixit hr̄e eccleſiam
ſuā quā hēat ob queſtū ē mortale.

Si rliquias nouas exhibuit populo
honoradas nō approbatas ab eccl'ia

Si nimis facilis fuit ad diſpēſanduꝫ
in ieiunijs eccleſie. Si elemoſynas



© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

extorſit a populo ⁊ a ſbditꝭ ad quas
nō tenebāt. Si queſtores dicere mē/
dacia i eccleſia ſua pmiſit. ⁊ qđ peius
eſt ſi fecit pactū cū eis de quota.
Si ſecūdas nuptias bñdixit. Si pmi
ſit xpianas nutrices ſeruire in domo
iudeorum. Si ſuſtinuit ſortilegas: ⁊
diuinatrices in ſua prochia. Si pmi/
ſit ludos vel malas ɔſuetudines non
obuiādo quātū potuit. Clerici vo q
manifeſtis vſurarijs alienigenis aut
alʼoriundis de terris ipſoꝝ ad fenus
exercēdū domos locāt: vlʼ alio titulo
concedūt ipſo facto ſūt excoīcati niſi
ſint epi. de vſurꝭ. c. vſuraꝝ. li. 6.
Clerici archidiaconi. plebani. decani
ppoſiti. cātores. ⁊ alij clerici pſonatū
hñtes: ac etiā ſacerdotes qui audiūt
in ſcholis leges uel phyſicā: pᵒ duos
mēſes ſi nō dimittūt huiuſmodi lecti
ones ſunt excoīcati. c. ſup ſpecula. ex
ne cle. uel mo.
Clerici ⁊ religioſi q inducūt aliquem
ad vouēdū vel iurādū: vel fide inter
poſita ſeu alias pmittēdū ut ſepultu
ras apud eos eligāt: vel iā electā non
mutēt ſūt excoīcati: nec poſſūt abſol/
ui niſi p papam: niſi in mortis articu/
lo. cle. cupiētes. de penis. idē de reli.
Clerici q ſcienť ⁊ ſpōte pticipauerūt
cū excoicatis a papa. ⁊ ipos i officijs
receperūt ſunt excoīcati: ⁊ abſolutio
pape reſeruatur. c. ſignificauit. ex de
ſen. exco.
Falſantes litteras pape: ulʼ falſis ſcieť
vtentes: vel remouētes etiā vnā litte
rā de bullis pape ſūt excoīcati: ⁊ ab
ſolutio pape reſuať. Clerici ſepelien
tes i eccleſijs: vlʼ cimiterijs eoꝝ excoi
catos a iure: vlʼ vſurarios māifeſtos
vel nominatim interdictos tpe inter
dicti in caſibᵒ nō ɔceſſis ſūt excoicati
cle. eos. de ſepultu. Sepeliētes vo ſe
occidētes: vel in torneamētis morie
tes ⁊ huiuſmodi peccāt mortaliť: nec
ſunt excoicati.

De religioſis. c. iz.

Circa religioſos: ⁊ rligioſas
Si ſunt clerici vel ordinati:
interrogari poſſunt de his
de qbus ſupradictū eſt in. c. de clericꝭ.
in cōmuni put erit expediens. Si vo
ſunt bñficiati in eccľijs curatꝭ. de his
habes in. c. pcedēti. ⁊ etiā vltra pdca
etiā de ifra ſcriptis que ſūt ppria eoꝝ
dicendū eſt. ⁊ primo.
Si fuit receptᵒ ad monaſteriū per ſy
moniā mortale eſt: ſi vo fuit ſymonia
mētalis tm̄ penitētia abolet: ſi vo pa
ctionalis: qa. ſ. monaſteriū exegit tm̄
alʼ nolebat eū recipe. ⁊ ingrediēs vel
ppinqui eiᵒ tm̄ dederūt: vel minus p
ipo igreſſu: niſi forte cū monaſteriū ē
ita tenue ꝙ nō ſufficit illi puidere. nā
tunc oblatꝭ ſpūalibᵒ gratis. i. igreſſu
licet petere. ⁊ paciſci ō tpalibᵒ ō qbᵒ
debeat viuē: vel dicē illi porta tecū
ſi vis comedere mecum: ſcd̄m Hoſti.
⁊ aliquos alios. ſecus ſi monaſteriū
eſt pingue: ⁊ poteſt illi prouidere: nō
pōt fieri aliq̄ pactio ul exactio abſq
vitio ſymōie: tūc vltra petm̄ recipiēs
vel receptᵒ vel recepta debēt expelli
de illo monaſterio. ex de ſymonia. c.
qm̄. Pōt tñ eps in huiᵒmōi diſpenſa
re. ſ. ut nō expellātur de monaſterio
Ray. ⁊ Uul. pcipue repiť talis ſymo
nia in monialibus vbiqꝫ terrarū. non
ſic vo ē de viris religioſis. Si ingreſ
ſus ē religionē non pura intētione. ſ.

© Biblioteca Valenciana (Generalitat Valenciana)

ſeruiēdi deo:ſ; alia de cauſa:vʒ nō laborandi:vel ſi eſt monialis quia non potuit nubē:ꝛ qa poſuerūt parentes ipſam inuitā licʒ maleſecerint.tñ pōt ꝛ dʒ mutare intētionē.ſ.ut ibi manē velit ad ſuiēdū deo:ꝛ ſic erit i bono ſtatu:al'erit in mortali. Sed ſi regit ſe in monaſterio diſſoluto nō viuēte regularit̄ querat ſi poteſt mutare locum cū diſpēſatione ſi indiget qđ tñ in moniali erit difficile.qđ ſi non pōt nō ſeq̄t turbā.i.alios ul' alias i malū:ſ; ſuet ipa ordinē ſuū ſi ad bonum nō pōt reducere alios vel alias.

Si ingrediēs monaſterium reticuit impedimēta que habuit ad illud ſciēter vʒ ꝙ erat ſuꝰ:uel habebat occultā infirmitatē:uel alteriꝰ religiōis ꝓfeſſus:oiugatꝰ:debitor i multis.ꝛ huiuſmōi peccauit mortaliter. p̄cipue ſi ſciebat tale impedimētū.ꝛ ꝑ illō nō poſſe recipi ad religionē. Uel de his interrogatꝰ mēdaciū dixit:ꝛ poteſt ꝛ debet de monaſterio expelli ſi aliter ꝓuidere nō poteſt.

Si habet votū religiōis artioris añ ꝙ intrat laxiorē ꝑus dʒ q̄rere diſpenſationem ſi etiam eſſet bona:ꝛ multo fortiꝰ poſt ꝓfeſſionē in vna religione nō pōt ad aliā trāſire eq̄lem:vl' laxiorem:ꝛ de mendicāte ordine ad mēdicantē:vel de mēdicantibus ad monachalē trāſire nō pōt ſine diſpēſatiōe pape niſi ad cartuſienſes. Si induxit aliquē ad religionē per ſymoniā uel per fraudes.puta aſſerēdo ibi obſeruari regulā:quod nō fit:vel dicēdo ſe ad nihil obligari.ꝛ reticēdo ſeueritates religiōis q̄s ille nō intēdit ſeruare ꝛ huiuſmodi peccauit mortalit̄

De illis qui etiam volentes ingredi religionē aliquā i qua bñ viuit:auertūt ut trahāt aquā ad ſuū molēdinū infamantes illos ꝛ crimina imponentes:ſuas aūt vſq; ad tertiū celū extollētes nō euadere dānationē certū ē ꝙ otra caritatē agunt cōtra iuſticiā ꝛ cōtra ſacrā ſcripturā agūt.

De voto paupertatis.

SI in religione exñs obſeruauit pauptati votū nihil retinens vel retinere deliberans eſt mortale enim ꝓpriū habere:ꝛ totiens quotiēs illud ꝓponit.

Dicit̄ aūt ꝓpriū qđ celat̄ priori ſuo: ut ſi habeat:ꝛ teneat pecuniā vel veſtē neſciēte prelato:vel ſi ſciat tñ coñ volūtatem eius ꝛ abſq; licētia:vel ſi de licentia eius ꝛ volūtate:tñ nō paratꝰ ſibi r̄dere ad petitionē eius.ſed recuſare ſi poſſet ō facto:ꝛ multo peius ſi nō ſolū mobilia:ſ; etiā imobilia ut redditus ꝛ poſſeſſiones retinet ut ꝓpria dans vendens ꝛ diſſipans:ut placet.nec p̄latus pōt dare licentiā ſic retinēdi:nec papa pōt in ꝓprio diſpēſare.ex̄ de ſtatu monachoꝝ.c.cum ad monaſteriū.

